


Copiese la portada.

M.S. 4.º pergamino, completo. Sin foliar, bien tratado.

P.= Avendaño = De trinitate.

TRACATUS DE FIDE DIVINA

Elaboratus à R.mo P. M. Fr. Carolo De Bayona Dominicano. Vespertinæ Cathedræ Dignissimo Moderatore, In Universitate Complutensi.



In corpore articuli resp. D. Thom. conclusione affirmativa, quam nos in tres partes, claritatis gratia, sumus partituri. Prima est: obiectum formale fidei est veritas prima, quam probat primo in argum.to Sed contra: Dionisius cap. 2. de Divinis nom. ait, q.d fides est circa simplicem, et semper existentem veritatem; sed hæc est veritas prima: g.o. Sec.o conclusionem probat in corp. sic. ipsi veritati divinæ innititur fides, tanquam medio: ergo veritas prima est objectum formale fidei. Ans est certum: quia fides, de qua hic loquimur, non assentitur alicui, nisi: quia est à Deo revelatum. Conseq.a vero Prob. In qualibet scientia ratio formalis sciendi sunt media demonstrativa, per quæ conclusiones cognoscuntur: g.o similiter medium, cui fides innititur, scilicet, veritas prima, est ratio formalis credendi; vel objectum forma-

Le.

le. - - - - - - - - - - - - -

Sec.ª Conclusio

Obiectum materiale fidei non solum est Deus, sed etiam plura alia, quæ à Deo sunt revelata, quos conclusio Prob. sic: quia quod cadit sub ratione formali alicuius habitus est obiectum materiale ipsius; sed non solum Deus, sed etiam plura alia cadunt sub ratione formali fidei: ergo non solum Deus, sed etiam plura alia sunt obiectum materiale. - - - - - - - - - - -

Tertia Conclusio

Primarium, et principale inter obiecta materialia est ipsa prima veritas. Pr. quia nihil cadit sub assensu fidei, nisi solum, quod habet aliquem ordinem ad Deum, ut scilicet per aliquos Divinitatis effectus iuvatur homo ad tendendum in divinam fruitionem: ergo primarium et principale objectum inter materialia est ipse Deus, qui est veritas prima. Patet conseq.ª quia ideo primarium, et principale objectum Medicinæ est sanitas, quia nihil Medicina continet, nisi in ordine ad sanitatem. Cv., ex cuius litera textus plurima occurrunt dubia, pro quorum enodatione sit primum. - - - - - - - - - - -

Dubium. 1.

Quid sit obiectum formale fidei?

Multiplex tam in sacris, quam in profanis literis est acceptio fidei. Tantum triplex communiter à Theologis hic prænotatur acceptio, ommissis alijs significationibus, quæ non ita proprie huic verbo adaptantur. Primo ergo accipitur fides, pro veritate perficiente voluntatem, quam Theologi fidelitatem vocant, et Cic. lib. 1. de officijs diffinivit, esse dictorum, conventorumque

rumque

rum que substantiam, et veritatem. De fide in hac acceptione intelliguntur plura sacræ paginæ testimonia, Vt Aug. ibi. intelligendum docuit illud Pauli ad Rom. 3.° Nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Porro fides in hac acceptione est virtus moralis, quæ nuncupatur veritas, aut veracitas; agit de illa D. Thomas infra quæst. 69, Sec.° accipitur fides pro fiducia, quæ iuxta D. Thom. infra quæst 129 Art. 6 nihil aliud est, quam quædam firma, et roborata spes. In hoc sensu denique, qui sequitur accipitur in præs.ti scilicet pro assensu, vel actuali, vel habituali, quo quis credit, quæ non videt propter authoritatem dicentis; et hæc dividitur in Divinam, et humanam, illa Divinæ, hæc humanæ nititur veritati.— — — — — — — — — — — — — — —

Sed quia fides divina tria involuit, nempe obiectum, actum, et habitum, solent hæc tria nomine fidei significare. De obiecto intelligitur illud Athanasij in Symbolo: hæc est fides Catholica, quam nisi quisque firmiter crediderit salvus esse non poterit De actu illud Mathæi. 9. secundum fidem vestram &c.ª De habitu tandem est sermo dum 1 ad Corinthios 13 ait Paulus. Nunc autem manet fides, spes, et charitas. Et licet de his tribus, de objecto, scilicet, actu, habitu que fidei sit nobis passim sermo instituendus, tamen ex communi consensu theologorum proprium obiectum huius doctrinæ, et tractatus est fides Divina sumpta pro habitu, cuius plures definitiones offert D. Thom. infra q. 4 A.1.° nam iuxta D. [illegible] definitur sic, fides est manens credentium fundamentum edocens eos in veritate, et in

+ Dyonisius

ipsis

ipsius veritatem; Iuxta D. Aug. Fides est virtus, qua credantur, quæ non videntur. Iuxta Damascenum, Fides est non inquisitus consensus. Et aliter eam explicuit Hugo de S. Victore, dicens: est quædam certitudo animi de absentibus supra opinionem, et infra scientiam. Sed omnes complectitur, et omnibus præferenda est definitio Pauli ad Heb. 11. Fides est sperandarum rerum substantia argumentum non apparentium, quæ sic explicat more scholastico Aug. Dra. Id est Habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum assentiri non apparentibus, ex quo patet in definitione Apostoli fidem vocari substantiam; quia se habet ad similitudinem substantiæ, quatenus est fundamentum, initium, vel inchoatio vitæ spiritualis, et divinæ. Dicitur argumentum sumpto argumento pro illius effectu, qui convinctio, vel assensus est circa veritatem. ___________

His ergo merito prælibatis ad aliqualem intelligentiam nominis, et rei fidei divinæ, exordium sumimus à consideratione obiecti, inquirentes: Primo quodnam sit? Prima sententia est aliquorum asserentium inter credibilia nullum obtinere rationem obiecti quod fidei, sed materialis dumtaxat; ac proinde solam rationem formalem sub qua, quæ est veritas prima putant esse obiectum formale, et specificativum fidei. Tenent hanc sententiam D. Bonav. in 2. dist. 26. ar. 1. quæst. q. 3. Ricardus, Albertus, Marsilius, et Capreolus ibidem. ___________

Sec. sententia asserit, præter Deum sub ratione Deitatis, dari aliud obiectum formale quod fidei.

Sed

Sed dividuntur Patroni huius sententiæ: nam Durandus quæst. 3. Prolog. art. 2. Et in 3. dist. 24. q. 2. a. 1. Et Gregorius ibi. quæst. 4. dicunt esse Deum sub ratione Salvatoris. Alij vero Deum, ut comprehendit humanitatem assumptam, et mistherium nræ Redemptionis. -------

Tertia sententia tuetur, præter primam veritatem dari obiectum formale quod fidei, et id esse Deum sub ratione Deitatis. Ita Caiet. hic, et ad evidentiam Scotu, Cano, Bannes, Suarez disput. 2 sect. 1. num. 3. Lorca disp. 2. num. 16. ---------------

Prima Conclussio.

Præter obiectum formale quo fidei debet assignari obiectum formale quod. P.r 1.o Præter obiectum formale quo assignari debet obiectum quod specificativum fidei: ergo assignari debet obiectum formale quod. Conseq.a est evidens: quia cum specificativum sit veluti forma rei specificatæ, obiectum formale, et specificativum omnino sunt idem. Ans vero prob. præter obiectum formale quo assignari debet obiectum, ad q. ex natura rei ordinetur fides, et propter cuius attingentiam per se primo sit instituta; sed obiectum, propter cuius attingentiam habitus est per se primo institutus illum prorsus specificat: ergo præter obiectum formale quo, assignari debet obiectum formale quod specificativum fidei. Minor cum conseq.a probatione non indigent; maior autem sic declaratur. Habitus fidei, ut pote essentialiter cognoscitivus ex se ordinatur ad alicuius cognitionem, et propter attingentiam illius est institutus; sed huiusmodi obiec-

tum

tum non est formale quo, cum istud sit medium, aut ratio cognoscendi, et non res per ipsum ultimate cognita: ergo præter obiectum quo assignari debet obiectum, ad quod ex natura rei fides ordinetur, et propter cuius attingentiam sit instituta ------------------------

Dices: obiectum quod specificare habitum fidei, non quidem ratione sui, sed per aliud, et ut subest divinæ fidei; ac per conseq. non esse obiectum formale: quia de ratione huius est, quod per se, et ratione sui possit attingi. ------------------------

Sed contra est primo: Non obstante, quod obiectum quod attingatur ratione alterius, per se primo intenditur cognitio illius; ita ut fides non solum sit propter obiectum quo, sed etiam propter ipsum: ergo etiam si attingatur ratione alterius, poterit rationem obiecti formalis obtinere. ~ Secundo: esto attingatur à fide ratione alterius, non tamen ratione alterius, ut primo, et per se attacti; sed ratio alterius purè ut medij, vel rationis attingendi, et licet attingi primo modo non cohæreat, secundo tamen modo attingi ratione alterius optime compatitur cum obiecto formali: ergo ruit fundamentum, cui tota solutio nititur. Ans prob. quia habitudo fidei ad suum specificativum, cum sit per modum attingendi ipsum, si obiectum quo non est res per se, et propter se attacta, sed præcisse ratio attingendi, sequitur, quod illa per se, et solitarie non specificet; sed sit alteri ratio specificandi: ergo non tam est obiectum formale fidei, quam id, quo aliquid in ratione obiecti formalis ultimate constituitur: ergo tantum abest, quod attingi ratione obiecti quo

impe-

impediat, uel excludat rationem obiecti formalis; quod proinde in esse talis iliquid constituitur.----------

Eluidatur exemplo: de facto substantia parietis est obiectum materiale visus, et sensibilis per accidens: quia formaliter loquendo, non tam paries, quam color ei inhærens percipitur; si tamen ~~visus~~ color non esset res ultimate visa, sed præcise ratio formalis videndi obiectum formale, paries esset per se visus: quia per se ipsum videtur ut quod, licet ab alio, aut rationi subq.ª visibilis redderetur: ergo si obiectum quo fidei non se teneret ex parte rei absolute ut res ultimate cognita, sed ut medium, et ut ratio cognoscendi, proinde ipsum daretur obiectum quod per se terminans habitudinem fidei, et consequenter formale respectu illius.----------

Tertio impugnatur solutio. Stat optime obiectum quod nonnisi ut terminatum per rationem sub qua concurrere ad specificationem fidei, et tamen formaliter per se, et ratione sui talem concursum exhibere: ergo ex hoc, quod nonnisi ut subest revelationi concurrat obiectum quod fidei, non recte excluditur ab obiecto formali ipsius. Ans. Pr. Et si materia nonnisi determinata, et actuata per formam concurrat ad compositionem compositi materialis, tamen formaliter, id est, per se et essentialiter concurrit: ex utraque n. parte formaliter ingrediente consurgit species totius compositi: ergo similiter licet obiectum quod nonnisi ut determinatum per rationem sub qua pertineat ad fidem, illam tamen per se, et formaliter potest specificare. Unde communiter circumfertur ex ratione quæ, et sub qua conflari unicum, et indivisibile speci-

fi-

ficativum habitus, vel potentiæ; sicut enim materia concurrit ut determinata per formam &c. ut dicende necessariam conditionem propter materiæ potentialitatem, et non rationem formalem: quia illam antecedenter ad formam in se præhabet materia; ita subesse rationi sub qua non est formalis ratio objecti quod, sed conditio, sine qua concursus, seu terminatio intrinseca illius, quæ, ut pote minus determinata non pervenit ad specificationem horum determinate habituum sine ratione sub qua: quare obiectum quod non est tantum de genere rei, et quasi præsuppositive se habens; sed, ut bene advertit Araujo, in præd.[ti] etiam est in genere obiecti, incomplete tamen, et ut ab altero in eodem genere complebile-----------------------

Denique rejicitur solutio. Formalis ratio sub qua una existens applicatur distinctis obiectis materialibus, et non diversificat habitum secundum speciem; sed obiectum quo, scilicet divina revelatio distinctis obiectis applicatum diversificat fidem secundum speciem: ergo talia obiecta non sunt pure materialia. Maior est certa: nam obiecta materialia non à se, sed à ratione formali habent pertinere ad unum, vel plures: ergo nequit ab illa diversitas provenire. Minor vero sic ostenditur. Si Deus revelaret veritatem aliquam non per ordinem ad se ipsum, illa exigeret fidem alterius speciei ab ea, quæ de facto datur: sub assensu enim istius, cum virtus sit Theologica, non nisi Deus, vel aliquid in ordine ad Deum potest contineri: ergo divina revelatio distinctis obiectis quæ applicata habitum fidei distinguit essentialiter. Et

nihil

nihil mirum: quia cum ex ratione quæ, et ex ratione sub qua integrum resultet obiectum, qualibet earum variata mutari obiectum specifice, quod non contingeret, si totalis ratio formalis obiecti attribueretur soli rationi sub qua, et ratio quæ omnino materialiter se haberet-------------------------

Contra doctrinam istam oppones primo: De ratione obiecti formalis est, quod per se, et ratione sui possit attingi; sed præter obiectum quo non est, quid a fide possit attingi per se, et ratione sui: ergo præter obiectum quo non est assignabile aliud obiectum quod formale. Maior est deffinitio obiecti formalis; et probatur minor. 1°. nihil cadit sub assensu fidei nisi prout est â Deo revelatum; ergo quidquid attingitur â fide non attingitur ratione sui, sed alterius, scilicet revelationis. sec°. prob. min. obiectum quo, est ratione cuius omnia attinguntur: ergo præter obiectum quo nil sit, quod ratione sui possit attingi-------------------------

R. Dist. ma: si ly per se excludat dipendentiam ab alio, aut ab obiecto prius, et per se cognito, tamquam, vt â medio, et ratione cognoscendi, nego ma. Et dist. mi: ly per se dicente independentiam ab alio, vt ab obiecto prius cognito, nego, vt â ratione credendi, concedo ma: et nego conseqm. Nam sicut cognosci ratione alterius, quod est ratio cognoscendi, non tollit, quominus propter se possit attingi; ita non tollit, quod proprie, et rigorose obiectum formale sit. Per quod patet ad vtramque probationem. Nam obiectum quo fidei, scilicet veritas prima est quidem medium, cui fides innititur, non

tamen

tamen per modum obiecti prius cogniti; sed per modum rationis credendi, vt dictum est. - - - - - - - - - - - - -

Sed dices: obiectum cognitum ratione alterius, q̃ præcisse est ratio cognoscendi, comparatur ad illud, sicut materia ad formam: ergo dependentia ab alio, vt à ratione sub qua sufficit impedire rationem obiecti formalis. Conseq.ᵃ tenet; et ans prob. tum: quia ratio sub qua est quasi forma constituens in genere obiecti id, quod antecedenter in solo genere entis erat constitutum: ergo res cognita comparatur ad rationem sub qua, vt materia ad formã: siquidem genus entis per modum materiæ ad genus obiecti præsupponitur. tum etiam: quia ratio quæ non inspicitur à fide, nisi vt determinatur per obiectum quo: ergo ratio quæ ex se, et vt præscindit à ratione sub qua solum est materia, et substractum, quod per aliud redditur potens specificare fidem. -

R. vel neg. vel dist. ans. sicut comparatur materia ad formam in composito substantiali; concedo, sicut comparatur in composito accidentali, nego ans. In composito enim substantiali materia ita submittitur formæ, vt non præsuppositiue, sed per se, et essentialiter illud constituit; in concretis vero accidentalibus materia omnino præsupponitur, et sola forma per se loquendo denominat, et constituit. album enim solam qualitatem significat: ergo ratio quæ se habet per modum materiæ primo modo: quia substernitur obiecto quo; ita vt licet non moueat ad assensum ratione sui, tamen est terminus propter se inspectus, et non per ordinem ad aliud prius credibile. = Ad prob. nego ans. nam ratio quæ se ipsa est in genere obiecti, incomplete tamen, et vt aliquid imperfectum: quia intra hoc genus, quid

inde-

indeterminatum est; ac proinde alterius eiusdem ordinis complementum desiderat, sicut color se ipso est in genere obiecti; et tamen ut complete visibilis reddatur lumen expectat, ut conditionem, sine qua ut obiectum quod non specificat.

Et si inquiras adhuc, quomodo ratio formalis, qualis est obiectum quo possit esse conditio? Resp. quod obiectum quo dicitur, et est ratio formalis comparative ad habitus: quia illum specificat, et comparative ad obiectum formale quod, quoad effectum complendi, et terminandi: ut sic n. induit rationem formæ, quoad effectum vero specificandi correspondentem rationi quæ est solum conditio. Sicut in Physicis, forma comparata ad totum est ratio formalis constituens illud, similiter respectu illius esse, quod tribuit materiæ, est ratio formalis; cæterum ad effectum componendi materiæ correspondentem formæ, et effectus formalis eius solum ingreditur ut conditio pariformiter hic phylosophandum est. = Ad sec.am prob. primæ antis dist. ans ly ut dicenda conditionem, sine qua obiectum quod non specificat, concedo ans, aliter, nego. Et iuxta dicta nuper, nego conseq.am

Sec. arguest. Unius habitus sec.m speciem unicum debet esse obiectum formale specificativum; sed fides est habitus unius speciei: ergo unicum tantum assignari debet obiectum formale specificativum: ergo præter obiectum formale quo non est assignandum obiectum formale quod.

R. Dist. ma: debet esse unicum unitate excludente plura ordinate se habentia ut quo, et quod, nego; plura æque distincta, concedo maiorem. Sicut enim

ex

ex potentia, et habitus, veluti ex perfectibili, et perficiente consurgit principium habens sufficientem unitate pro eliciendo actu unius speciei; sic ex obiecto formali quod, et ratione qua coalescit unicum obiectum specificativum habitus fidei unius speciei_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _

Si dicas: Implicat obiecta formalia ordinari inter se, ita ut ex utroque integretur unicum specificativum fidei; ergo repugnat, quod in re fides habeat duplex obiectum formale etiam ordinate se habens. Ans. prob. Unum obiectum non potest alteri iungi in ordine ad constituendum tertium, nisi ad illud comparetur per modum potentiæ, et actus; sed hoc ipso utrumque non erit formale: quia formæ non convenit actuari, et determinari per aliud, sed cetera determinare: ergo obiecta formalia, implicat, inter se ordinari, ita ut ex illis tertium unicum consurgere possit._ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _

R. neg. ans., ad prob. neg. mi. et ad probationem illi interpositam dist. ans. formæ non convenit actuari, et determinari per aliud, ut per formam; permitto; ut per complementum nego ans. Cuius multiplex est exemplum in physicis. Obiectum autem quod, ut vidimus, determinatur per rationem sub qua, non tanquam per formam constitutivam ipsius in esse obiecti, sed tanquam est complementum, quo propter sui incompletionem indiget, ut specificet_ _ _ _ _ _ _ _

Tertio argues: Habitus distinctæ speciei non possunt habere idem obiectum formale; sed fides theologica nostra, et lumen gloriæ habent idem obiectum quod: ergo obiectum quod fidei non est formale respectu illius. Patet maior: nam habitus distinctæ speciei non possunt convenire

nire

nire in eadem specificatione. Et minor constat: nam illi habitus habent pro obiecto quod Deum sub ratione Deitatis.______________________

R. dist. ma: non possunt habere idem obiectum formale adæquatè sumptum, concedo, sumptum inadæquatè, nego maiorem. Obiectum itaque formale fidei adæquatè consideratum importat vtramque rationem, scilicet, quæ, et qua; quapropter licet obiectum quod sit idem, dummodo ratio subqua sit distincta; vt contingit in exemplis argumenti, obiectum adæquate sumptum non est idem, sed diuersum: Vnde possunt circa illud habitus specie distincti versari; sicut actus scientiæ, et fidei circa eamdem conclusionem respiciunt idem obiectum formale quod, alias sub nulla consideratione essent circa idem formaliter: ac proinde nec habens oppositionem rationis sub quibus ipsi [illegible] cedunt, immo vice versa vnitate rationis, subqua possunt habitus distingui specie propter distinctionem obiecti formalis quod; vt casu, quo daretur habitus fidei ad credendas Veritates supernaturales ratione diuini testimonij, et non per ordinem ad Deum, distingueretur à fide Theologica propter diuersas res primario creditas, non obstante vnitate rationis sub qua, testimonij diuini.______

Dices: obiectum formale quod specificat per nos rationi sui, et independenter ab alio, vt à ratione formali: ergo habitus, qui communicat in eodem obiecto formali quod habent aliquod eiusdem speciei, illud scilicet, quod correspondet ipsi, vt distinguitur à ratione sub qua. Deinde obiectum quod, et ratio subqua habent se sicut concretum, et abstractum; sed n multiplicatur formaliter concretum, dum non multipli-

tiplicatur abstractum: nam concretum formaliter sumptum solum supponit pro forma: ergo non multiplicata ratione sub qua non stat multiplicari obiectum quod formaliter, et sufficienti modo, ut habitus specie multiplicetur---------------------

R. dist. ans. Independenter a ratione sub qua ut a forma constituente ipsum in esse obiecti, concedo; independenter ab illo, ut a ratione formali in ordine ad habitum, uel tanquam ex forma, ex qua simul cum ipso conflatur obiectum, cui indiuisibiliter correspondet specificatio habitus, nego ans. Quare nulli seorsim habitus species tribuitur, sed utrique simul, uel conflato ex utroque, et istud diuersum est in specie, quambis habeat unam partem, scilicet obiectum quod, quæ sit eiusdem speciei: ut homo distinguitur specie ab equo, et si materia in utroque sit eadem sec. speciem-----------------------

Ad sec.m nego ma: quia cum ratio sub qua non sit forma constitutiua rationis quæ in esse obiecti non comparantur ut concretum, et abstractum, seu materia, et forma; ac per conseq. non repugnat, sub uno obiecto quo multiplex obiectum formale quod----------

Denique argues: D. Thom. in præs. art. in corp. et in 3. dist. 23. q. 1. art. 1 dicit: rationem formalem esse ueritatem primam, ea uero, quibus formaliter assentimur, ut Deus, et multa alia esse obiecta materialia: ergo præter ueritatem primam, quæ est obiectum quo fidei nullum assignari potest obiectum, nisi materiale---

R. Deum appellari a D. Th. obiectum materiale comparatiue ad rationem sub qua: quia præter

sui

sui indiferentiam se habet ad modum materiæ per illam determinabilis, non vero comparative ad fidem: quia illa per se specificat, quod sufficit, vt proprie, et absolute obiectum formale sit --------------------

Sec.ª Conclusio.

Obiectum formale quod, siue primarium fidei est solus ipse Deus, sub ratione Deitatis. Quoad primam p.tẽ prob. ex illo S. Athanasij in Symbolo: fides autem catholica hæc est, vt unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in Vnitate veneremur: ergo primarium, et principale obiectum fidei est ipse Deus aliqualiter, et in ænigmate cognitus. Apostolus etiam ad Heb. 11. inquit: accedentem ad Deum oportet quia est: ergo cum esse Dei sit ipsemet Deus, Deus est primum credibile, cætera vero non nisi per ordinem ad illum pertinent ad fidem. Colligitur prædicta ex illo Ioan. 14. Creditis in Deum, et in me credite: quasi Deus primo creditus sit ratio, et fundam.tum cæterorum credibilium ----------------

Probatur ratione eadem pars conclusionis. obiectum formale quod, siue primarium fidei est illud, cuius cognitio per se intenditur, et per ordinem ad quod reliqua creduntur; sed solus Deus est huiusmodi: ergo solus Deus est obiectum formale quod primarium fidei. Minor quoad 1.ã p.tẽ est nota; nihilominus quoad vtramque partem prob. quia cum fides non credat aliquid, nisi prout est à Deo reuelatum, eo modo credibilia pertinent ad fidem, quo sunt à Deo reuelata; sed Deus primo, et per se reuelat, et testimonium perhibet de se, de alijs vero

prop.t

propter seipsum: ergo solus Deus est, cuius cognitio per se primo intenditur à fide, et per ordinem ad quem reliqua creduntur. Min. prob. Mundi creationem, lapsum Angeli conversionem peccatricis, Sacramentorum institutionem, et eorum efficaciam, et similia non revelavit Deus propter perfectionem, quam ex prædictorum cognitione sortitur intellectus noster, sed, ut exinde assurgat in expressiorem notitiam potentiæ, bonitatis, Iustitiæ, summæque Dei Maiestatis: ergo quod præter divinitatem Deus notum fecit, per ordinem ad se ipsum revelavit.-----------

R. primo: prædicta credibilia non importare ordinem ad Deum, ut obiectum fidei: nam non conducunt ad cognitionem illius, vel eius, ut cadit sub assensu fidei: nam licet per illa tanquam per effectus possimus divina investigare discursive, ut per discursum cognita non pertinet ad fidem: quia fides non utitur discursu, sed simpliciter creditur propter Dei testimonium, Deus autem, ut pertinet ad fidem non notificatur discursu-----------------

Sec. respondebis: Deus alia à se revelavit de facto propter seipsum, potest tamen revelare plura alia ad sui cognitionem non ordinata: ergo solum in argum. facto convincitur, quod ex divina ordinatione solus Deus sit proximum, et principale obiectum credibile, non tamen probatur; quod attenta natura habitus non possit plura alia ad obiectum formale pertinere-------------

Neutra tamen solutio evacuat rationis vim; non prima: nam ut cetera credibilia dicant ordinem ad Deum, ut ad obiectum fidei, ac per conseq. ut sint obiecta secundaria fidei sufficit, et requiritur, quod attingantur

sub

sub eadem ratione, sub qua attingit Deum, et quod non attingantur ab illa, nisi quatenus aliquo modo important habitudinem ad Deum, Vg quatenus sunt Dei ad Deum, propter Deum, vel etiam contra Deum; sed quidquid fides divina credit, attingit sub eadem ratione formali, sub qua Deum attingit, scilicet sub divino testimonio, et illa non attingit, nisi quatenus aliquo modo important habitudinem ad Deum modo explicato: go cetera credibilia distincta à Deo dicunt ordinem ad ipsum, Vt est obiectum fidei: ac proinde solus Deus est obiectum formale nostræ fidei, Deus, inquam, non vt per diversum cognitis ex obiectis creatis à Deo revelatis: hoc enim spectat ad Theol, sed vt sint sub eadem ratione formali fidei, scilicet in mente sub ordinata revelanti.

Instabis: Plura creduntur per fidem, quæ nullam important habitudinem ad Deum, neque per ordinem ad ipsum creduntur; Vg Tobiam habuisse canem. Reginam Vasthi fecisse convivium, et his similia: go non omnia, quæ credit fides attinguntur per ordinem ad Deum: ac proinde non solus Deus erit obiectum primarium fidei.

R. Dist. ans. nullam important habitudinem immediate, concedo; mediate, nego ans. Quia cum integra notitia illius historiæ ostendat bonitatem, et providentiam Dei, veritates illæ, quæ vt partes hystoriam companiunt, conducunt mediate ad cognitionem Dei, â fide vero attinguntur n. propter se, sed vt partes, quæ institutione Spiritus Sancti ordinantur simul cum omnibus alijs ad manifestandum aliquid Dei.

Si dicas: licet assensus huius veritatis

Abso-

Tobiam habuisse canem in consortio aliorum commendet Dei bonitatem, ipsamet seorsim ab alijs id non praestat: go assensus iste saltim dum seorsim, et per se elicitur nullum dicit ordinem ad Deum, neque erit etiam obiectum secundarium fidei: go veritas creata, circa quam tendit fides non est obiectum secundarium-----------------

R. quod assensus fidei theologicae circa quamlibis veritatem, etiam sec.m se sumptam dicere ordinem ad Deum saltim in confuso: quia quandocumque exercetur fides theologica credimus Deo, ut revelanti aliquid, quod ad ipsum pertinet proxime, vel remote, mediate, vel immediate: quia credimus, ut revelanti ad sui gloriam, et nram utilitatem, ubi implicite, et in confuso importatur habitudo ad Deum, licet veritati creditae extrinsecum sit ad expressiorem Dei notitiam ordinari; ipsi tamen, ut per fidem theologicam credibili id extrinsecum non est. Quapropter assensui fidei theologicae circa talem veritatem tam petit illam attingere, ut aliquomodo in Deum ordinatur-------------------------

Nec satis facit sec.da solutio: primo: quia nec obiectum attributionis, nec secundarium scientiae determinatur ex intentione extrinseca inventorum scientiae, sed ex intrinseco conceptu cognitionum ad illam pertinentium. 2um: quia destruitur communiter Logici in posterioribus. 3um: quia eadem cognitio nunc ad istam, nunc ad illam scientiam potest pertinere. 4um denique: quia unitas scientiae ex unitate obiecti primarij est desumenda, maxime si scientia non in collatione, aut in collectione specierum, sed in simplici qualitate consistat, ut cum Ang. Doct. tenent communit

muniter Thomistae: ergo obiectum secundarium fidei non ex ordinante, et ex intentione arbitraria Dei est desumendum, sed ab intrinseco ipsius, et ex natura cognitionum fidei -

Sec.o ex intentione Dei infundentis fidem Deus est primum credibile, et reliqua creduntur secundario propter ipsum; sed principalis fides est, quae ab intrinseca inclinat per se primo in cognitionem Dei, et secundario se extendit ad cognitionem aliorum propter Deum: ergo fides, qua de facto credimus ex natura sua credit primario Deum, caetera vero secundario. Min. est certa: quia in hoc nulla apparet impossibilitas. Conseq.a vero prob. quia Deus connaturaliter agens consequitur fines, quos intendit medio ordinatione indita verbis, quibus utitur, vel aliis causis, ut cum media causa sec.a vult naturaliter calefacere, utitur igne ex natura sua determinato ad calefaciendum: ergo si principalis est fides credens primario Deum, et reliqua secundario, vel ex consequenti cognitionem Creaturarum, infundit fidem, quae ab intrinseco inclinet primario in cognitionem Dei, et secundario in cognitionem eorum, quae non sunt Deus - - - - - - - - - -

Tertio: fides ex natura sua est participatio divinae naturae, et divini intellectus conseq.es gratiam per modum proprietatis: ergo si intellectus divinus primario respicit ipsum Deum, ut obiectum suum, et Creaturas ex conseq.ti ita nihil creatum, sed solus Deus erit obiectum primarium fidei -

Sec.o principaliter eadem pars conclusionis probatur: fides est virtus Theologica, ut apud omnes

est

est certum: ergo solus Deus est obiectum adaequatum formale illius. Conseq. prob. nam per hoc virtus Theologica distinguitur à ceteris: etenim non alia ratione scientia infusa non est virtus Theologica: nisi quia licet habeat Deum pro obiecto, non tamen solum Deum, sed plures effectus supernaturales primario respicit: ergo obiectum primarium virtutis Theologicae, qualis est fides est solus Deus. — Confirmatur: aliae virtutes Theologicae ut spes, et charitas solum Deum respiciunt tamquam obiectum primarium; et siquid aliud attingunt, solum est secundario: ergo pariter fides ------------

Tertio prob. conclusio: obiectum primarium luminis gloriae est solus Deus: ergo obiectum primarium fidei est Deus solus. Prob. conseq. nam fidei succedit lumen gloriae, et ad illud per se primo videndum in patria, datur lumen, ad quod fides deservit in via. Ut colligi ex illo Pauli ad Corinthios videmus nunc per speculum &c. Et ex illo Psalmi 47 sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum: ergo idem est obiectum formale quod luminis gloriae, et fidei: ergo obiectum formale quod est solus Deus.

Pars vero secunda conclusionis, quod scilicet obiectum primarium fidei, est Deus, non sub hac, vel illa ratione attributali, sed sub ratione Deitatis, et ut praecedit attributa, probatur sic: obiectum formale est, quod consideratur ratione sui, et propter quod cetera cognoscuntur; sed cognitio Dei circa fidem non ordinatur ad cognitionem alicuius attributi; cognitio vero cuiuslibet attributi ad cognitionem deitatis ordinatur: ergo obiectum formale fidei est Deus sub ratione

tione Deitatis. Min. prob. cognitio proprietatum est propter cognitionem subiecti, et non è contra: ergo cognitio attributorum est propter deitatis cognitionem - - -

Nec valet, si dicas: posse aliquando cognitionem subiecti ordinari ad cognitionem proprietatis, sicut potest productio subiecti ordinari ad productionem proprietatis, ut contingit in augmentatione quantitatis, quae per se primo producitur, substantia vero partialis, quae subiectum quantitatis est non nisi secundario, et ratione quantitatis terminat productionem. Non, inquam, valet: in exemplo enim adducto, ideo quantitas est terminus primarius per augmentationis: quia ex vi alterius actionis supponit productum subiectum, ad quod perficiendum ordinatur, scilicet substantiam totalem et si esset substantia totalis ea, quae cum quantitate per augmentationem producitur, tunc per se primo ad illam, tanquam ad subiectum terminaretur, non vero ad quantitatem sicut in prima generatione. Fides autem, quae attingitur, attributum non supponit essentialiter subiectum cognitum per alium habitum; sed utrumque, seu utrumque eodem habitu fidei tunc primo ex vi inclinationis fidei cognoscitur, et ideo attributum propter subiectum, et non è contrario cognoscitur. Unde propter Deitatem attributa attinguntur -

Sec.° probatur: eodem modo inclinat fides ad credendum, quo Deus revelat; sed Deus, ad hoc sua attributa revelat, ut suum esse cognoscatur, non vero revelat suum esse, ut cognoscantur attributa: ergo non attributa, sed Deus sub ratione deitatis est obiectum primarium



marium fidei. Cetera patent, et minor prob. inductive; Manifestat Deus potentiam suam, ut innotescat nobis, quis, et quantus sit, quem tanta virtute credimus praeditum; ostendit se salvatorem, ut nobis constet qualis sit, quem ineffabilis erga nos benignitas adeo commendat, et sic de alijs.

Tertio probatur eadem par: sicut obiectum primarium scientiae est, de quo probantur proprietates per demonstrationem innitentem medio intrinseco, ita obiectum formali fidei est, de quo per assensum innitentem testimonio enunciantur praedicata: ergo sicut illud est obiectum primarium scientiae, cuius sunt proprietates, quae in tali scientia probantur, ita illud est obiectum primarium fidei, cuius sunt praedicata, quae in fide principaliter enunciantur; sed huiusmodi

nt est Deus sub ratione Deitatis, et non sub ratione salvatoris, aut alterius attributi: ergo. Minor prob. Nam est primum veritatem, [illegible] quae ad fidem spectant sunt praedicata Deitatis non alicuius attributi formaliter sequendo.

Argues 1º. contra istam Conclusionem obiectum formale quod est illud cui immediate applicatur ratio formalis sub qua; sed alijs, praeter Deum applicatur immediate ratio formalis sub qua: ergo id, cui immediate applicatur est obiectum formale.

Maior constat: nam obiecto materiali, et secundario non nisi mediante primario applicatur ratio sub qua: ergo id, cui immediate applicatur est obiectum formale. Probatur minor: ista veritates Xptus est homo. Mortui resurgent sunt immediate revelatae

Unde

Unde oppositum est immediate contra fidem: go alijs praeter Deum applicatur immediate ratio formalis sub qua fidei. = Confirmatur: oppositum huius propositionis Xpus est homo est per se primo contra fidem, et formaliter, et primario est haeresis: go illa propositio est per se primo de fide, et assensus illius est formalis, et primarius fidei actus, versatur que circa illam veritatem, tanquam circa primarium, et formali obiectum quod: nam obiectum quod formale fidei, et haeresis est idem, et differunt penes obiectum quo ---------------------------

R. Dist. ma: obiectum formale quod est, cui ratio formalis primario applicatur, et immediate per se, concedo; cui solum per se immediate, nego ma: et dist. mi: alijs praeter Deum applicatur ratio sub qua fidei primario, nego; per ordinem ad Deum, concedo minorem, et nego conseq.^m Dupliciter go contingit revelari veritatem mediante alio: primo: quia licet veritas ipsa formaliter non reveletur, revelatur tamen aliquid, ex quo per legitimam conseq.^m consequitur veritas, et deducitur, qua ratione conclusio Theologica, Vg. Xpus est risibilis est mediate revelata: quia infertur ex hac: Xpus est homo, quam formaliter et expresse Deus revelavit. Sec.^o dicitur aliqua veritas mediate revelata: quia licet ipsa sit formaliter, et expresse revelata, tamen non nisi per ordinem ad aliud, et quatenus ad eius notitiam conducit. Huius modi sunt veritates adductae in argumento, quas idcirco negamus esse obiectum primarium fidei: quia non sunt immediate revelatae, immediate excludentes ordines, et attributionem ad Deum, licet sint immediate revelatae immediatione excludente discursum, et deductionem ab altero ----------------------------

Per quod patet ad confirmationem: nam eo modo, et in

Eo

eo sensu, in quo illas propositiones fatemur esse immediate de fide, admittimus oppositas esse contra fidem, quatenus inclinant ad actus secundarios, sunt vero contra fidem, quatenus inclinant ad actum primarium indirecte, mediate, et ex consequenti. Sicut odium proximi opponitur actui primario charitatis, et vitia virtutibus non solum acquisitis, sed infusis--------

Si dicas: dissensus circa talis propositiones sufficit ut constituatur quis formaliter infidelis: go talis propositio est obiectum primarium, et formale infidelitatis: go et fidei: quia contraria sunt circa idem----------------

R. neg. conseq.^m Sicut enim illa propositio, ut sit formaliter de fide, sufficit esse immediate revelatam in sensu explicato, ita ut dissensus ille constituat formaliter infidelem, sufficit, quod versetur circa obiectum, et si materiale, à Deo tamen immediate, et expresse revelatum. Praeter quam quod admissa prima conseq.^a potest negari sec.^a Et ad probationem, quod licet non versetur circa idem, tamen ad infidelitatem, ut pate de generi mali minus requiritur, quam ad fidem: actus enim primarius fidei utrumque requirit, scilicet obiectum quo, et rationem formalem quae; ut autem aliquis actus infidelitatis sit primarius, sufficit, quod alterum destruatur, scilicet ratio formalis sub qua in quolibet materiali------

Sec. arguitur: cum visione clara Deitatis in raptu permansit fides in D. Paulo: go Deus sub ratione Deitatis non est obiectum primarium, et adaequatum fidei. Sic est D. Thomae. 2.2. q. 175. art. 8. Conseq.^a probatur: destructo obiecto primario, et adaequato obiecto fidei, repugnat manere fidem; sed Deitate clare visa, ac per conseq.^s in ratione obiecti fidei determinata manet fides: go Deus non est obiectum primarium, et adaequatum fidei. = Confirmatur: possibilis est fides inclinans

clinans ad credendas veritates divinas, et creatas per se primo propter testimonium Dei; sed illa esset eiusdem speciei cum nra. Hæc go. fides nra ex vi suæ speciei inclinat per se primo ad credendum tam veritates divinas, quam creatas. Maior admittitur communiter. Minor prob. Nostra quis fide crederetur actus, quo cognosceretur Deus propter se, et non propter aliud, sed talis actus esset primarius: go. etiam primarius habitus quæ fidei esset eiusdem speciei: go ipse habitus. = Confirmatur 2°. Illi, cui revelatur Deus veritatem creatam sine ordine, vel attributione ad Deum tenetur ad assensum: go. non quidquid fides credit est Deus, vel aliquid per ordinem ad Deum: go. non solum Deus est obiectum primarium fidei --

Nec valet dicere quod tunc non præstabit assensum per fidem Theologicam, de qua nobis est sermo, sed per fidem alterius speciei. Non, inquam, valet: nam qui tali revelationi dissentiret esset hæreticus: go assensus circa illam a fide Theologica producitur. Ans patet: nam recederet a prima veritate, quæ est prima, et ratio formalis fidei Theologicæ. Conseqa probatur: nam ut docet Ar. 1. Metaph. uni unum tantum est contrarium; sed hæresis est unica tantum speciem in specie infidelitatis, cui contrariatur tam assensus ille, quam assensus Theologicus: go. assensus est idem ... speciem, et ab eodem omnino habitu procedunt --

R. Dist. ans. primario cum visione formaliter habita, nego; cum visione transeunter sumpta, concedo ans, et nego conseqm. Nam transeunter deficere obiectum tollit quidem ... actum fidei; habitum vero non obstat, ut docet ... Suarez ... = Ad Confirmationem

nego

nego mi: ad probat. Dist. ma: ab Vtraque eliceretur actus, quo cognosceretur Deus propter se, scilicet quod sibi proprium, nego; eliceretur ab vna actus, quo cognosceretur scilicet aliquid sibi proprium, et ab altera scilicet aliquid sibi, et alteri commune, concedo maiorem. Actus enim, quo de facto fidis nostra credit Deum, attingit illum per se, et vt Deus distinguitur a creaturis. Vnde est actus primarius, et adæquatus, qui solum Deum primario attingit: ille vero, qui in casu arguem. crederet Deum attingendo illum propter se, non tamen vt distinguitur ab alijs, sed vt conuenit cum illis, vel vt non excludit illa: quia non est per se solus, sed etiam alia propter se cognoscendus: sicut in Methaphysica considerat substantiam, quæ non tendit ad illam, vt distinguitur ab alio, sed potius, ex vi suæ speciei considerat illam, vt in ratione entis communicat cum accidenti: quia ad obiectum primarium Methaphisicæ pertinet Vnum que

Ad secundum: respondetur satis probabiliter ex ibi dictis ad replicam omissis pro nunc alijs dicendi modis, concesso anti, nego conseqm. ad probat: nego mi, vel dist. hæresis de facto est vna tandem species, concedo; de possibili, nego mi: nam sicut fides de facto est vna in specie, et præter illam est possibilis alia præbens assensum veritatibus reuelatis a Deo sine ordine ad ipsum, æque probabiliter idem dici potterit de hæresi . . . . . .

. . . . . . Dices: etiam hæresis illa possibilis contrariatur fidei theologicæ: nam illam destrueret: quia assensus circa materiam illius procederet a fide theologica. Rr. quod contrariatur mediate, et ex conseq. nam dissentiens illi veritati, conseq: negat infallibilitatem diuini testimonij, non directe, et immediate: quia directe non dissen-

tit

dit Deo revelanti de se, nec per ordinem ad se.

Instabis: † duplex lumen fidei specie distinctum: ergo fides, quae revelationi illi praestaretur assensus, esset fides theologica. Antecedens probatur. 1um: quia repugnat duplex charitas: ergo et duplex fides. 2um: quia sequeretur, quod obiectum primarium unicum esset obiectum revelabile: ergo non solum supernaturalia; sed etiam res naturalis ordinis primario crederentur; ergo cum obiectum primarium, ut supra diximus, per se, et immediate specificet res naturales poterunt specificare fidem supernaturalem, quod est falsum. Denique utriusque luminis esset eadem ratio formalis sub qua, scilicet revelatio, et solum deficerent propter diversitatem rationum quae: ergo ratio sub qua esset indifferens, et determinabilis per rationem quae, quod videtur absurdum.

R[r]. neg. antecedens, ad probat. nego conseq.[m] licet enim cum diligo Petrum qui filius est Pauli, plus, vel primario diligo Paulum; cum vero credo, Petrum esse filium Pauli, nec plus nec primario cognosco Paulum; si cum amicitia vel dilectione supernaturali diligitur Petrus, quia iustus, vel quia filius Dei, plus, et primario diligit Deum; cum vero credo Petrum per gratiam esse filium Dei, non ideo plus, vel primario cognosco Deum, nisi aliunde constet ad hoc credi Petrum esse iustum, ut melius Dei bonitas cognoscatur.

Ad sec.[am.] antecedentis probat. respond. quod non quodquid cadit sub divina revelatione format obiectum primarium luminis: nam cum obiecto primario essentialiter connectitur habitus, et naturalia non possunt cum supernaturalibus connecti: sunt ergo res naturalis ordinis

in

repugnat †

in duplici differentia: aliarum enim tam entitas, quam cognoscibilitas sistunt intra ordinem naturae, quae si à Deo revelentur secluso ordine ad aliud specificare possunt lumen fidei; sed naturalis innitentis testimonio Dei Auctoris naturae; ea vero, quarum cognoscibilitas est supernaturalis, etsi entitas naturalis sit, ut sunt futura contingentia, et cogitationes cordium, quae involvunt connotationem ad modum cognoscendi indebitum toti naturae, specificare possunt fidem supernaturalem------------------------------------

Ad tertiam resp. quod cum specificativum coalescat ex ratione quae, et sub qua, qualibet variata variatur res specificata; nec sequitur, quod ratio sub qua sit determinabilis, sed quod ex natura sua non habeat specificare tale lumen, nisi prout determinans hoc obiectum primarium. Unde revelatio divina non est ratio sub qua specificativa fidei theologicae, nisi dependenter ab applicatione ad Deum, vel ad aliquid dicens ordinem ad Deum---------------------

Tertio arguitur: obiectum primarium fidei est, in quod perfecte cognoscendum ex intentione divina fides est hominibus infusa; sed hoc est non solum Deus, sed etiam Xptus, et bonum nobis salutare: ergo. Prob. min. quoad 2.am partem: idem est scopus, et finis beatitudinis, Scripturae et praedicationis apostolorum, ac fidei nrae; sed beatitudinis, Scripturae, et praedicationis est Xptus, iuxta illud Ioannis 17. Haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum, et quem misisti Iesum Xptum. Et 1. ad Corinth. 1. Nos autem praedicamus Xptum crucifixum. Et Ioan. 5. scrutamini Scripturas, et ista sunt, quae testimonium perhibent de me: ergo omnis

nis revelatio, praedicatio, scriptura, et fides ad hoc tendunt, ut Xptum cognoscamus; quoad 2.tem p. probatur minor: ex illo Luc. 1. et ad Rom. 1. et ex aliis pluribus locis, in quibus dicitur fides, verbum, et scientia salutis: ergo quidquid fides proponit credendum non est aliud, quam salutis bonum, praecepta, scilicet monita, et exempla salutaria. Ergo prob. ratione hoc postitum: quia fides non infunditur nobis, ut sistamus in cognitione rerum, sed potius ut concipiamus salutares effectus: ergo finis dandi fidem est bonum salutis: ergo omnia credita per fidem pertinent ad Xptum, et ad bonum salutis. Denique: quia Deus infundens fidem potuit intendere cognitionem Dei, et Xpti, et salutaris boni: ergo haec omnia sunt obiectum attributionis-----------------

R.r neg. mi: ad prob. dist. conseq. omnis revelatio tendit in cognitionem Xpti propter se ipsum sistendo ibi, nego; propter cognitionem Dei, qui maxime nobis innotescit cognita vita, et conversatione, et praedicatione Xpti, concedo conseq.m Nam iuxta D. Thom. q. 14 de Verit. art. 8. omnes revelationes propheticae etiam de rebus creditis ordinantur ad hoc, ut Deus a nobis cognoscatur; et quid mirum, quod cognitio Xpti sit propter cognitionem Dei, si ipse Xptus ad hoc venit, ut Deum manifestaret iuxta illud Ioan. 17. opus consumavi, quod dedisti mihi; et post pauca: manifestavi nomen tuum hominibus, ubi Divus Chrisostomus, quod dixerat, opus consumavi, manifestat quale opus, ut, scilicet nomen Dei manifestaret---

Dices: ordinatur quidem Xptus, et cognitio illius ad cognitionem Dei, cum hoc tamen compatitur quod omnia cadant fides propter fidei cognitionem, sicut voluntas potest velle obiectum misericordiae propter se, et

propter

propter bonitatem divinam; sed ut Xptus sit obiectum primarium, sufficit quod omnis cognitio fidei sit propter ipsum: ergo. Prob. mi: ut ad obiectum primarium voluntatis pertineat finis intermedius, sufficit, quod propter se appetatur, et non obest, quod appetatur propter finem ultimum: ergo ut Xptus sit obiectum primarium fidei, sufficit, quod propter se credatur, esto credat etiam propter Deum -----------------------

R. ex D. Thom. loco citato ad 1. quod ipsa passio non cadit sub fide, nisi in quantum est aliquid pertinens ad Deum: ergo dum credimus aliquid de Xpto, tota ratio credendi est ordo aliquis ad Deum, a quo ordine non praescindit. Tota vero ratio terminandi in fine intermedio non est ordo ad finem ultimum, sed appetitur propter se praescindendo ab omni habitudine ad finem sibi extrinsecum. Quare potest non solum ultimus, sed et finis intermedius ad obiectum primarium voluntatis pertinere -----------------------

Ad prob. secdae partis resp. dist. conseq. nihil aliud proponit quoad monita, et praecepta pertinentia ad salutem, quatenus sunt monita, et praecepta Dei pertinentia ad salutem, quae est in Deo, concedo: si praecepta, et salus ab hoc ordine praescindant, nego conseqm. Ad prob. a ratione petitam, respondetur, quod sicut finis extrinsecus dandi charitatem et meritum est beatitudo; finis vero intrinsecus et obiectivus primarius est bonum increatum; ita finis dandi fidem est bonum salutare, finis inquam, extrinsecus; intrinsecus autem, vel obiectum primarium est solus Deus, non vero salus animae. = Ad 2am nego ant. cognitio enim

Dei

Dei non ordinatur ad cognitionem Xpti: non ergo omnia, quae fidis credit, ordinantur ad cognitionem Xpti. = Et si dicas: Xptum manifestari per cognitionem Dei, et Deum per cognitionem Xpti: ergo adhuc ad cognitionem Xpti cognitio Dei ordinatur: ergo. R. neg. consequentiam: quia vel cognitio Dei, et Xpti sunt duae cognitiones, vel unica, in qua Xptus ratione Deitatis cadit sub fide. Si primum, non possunt ad invicem una ad aliam ordinari, alias esset mutua causalitas in eodem genere causae finalis. Si secundum: propter quod unumquodque tale, et illud magis: ergo si incarnatio creditur, ut est aliquid pertinens ad Deum: ergo Deus magis, vel non aeque, sed primario creditur ----------

Ad ultimum resp. non potuisse intendere cognitionem Dei, et Xpti; ita quaelibet seorsim sit finis omnium pertinentium ad fidem propter mutuam causalitatem nec potuit intendere illas cognitiones, ita ut pars cognitionis fidei ordinetur ad unam, et pars ad alteram: nam hoc esset constituere duo obiecta adaequata, quorum neutrum alteri subordinetur; ac proinde duo obiecta adaequata attributionis respectu fidei; si vero una cognitio alteri non subordinetur obiectum attributionis fidei esset aliquid commune Deo, et creaturis, quod supra reiecimus ----------

Ultimo arguitur contra 2 partem conclusionis: obiectum primarium fidei est Deus sub aliqua ratione attributali: ergo non sub ratione Deitatis. Ans. prob. 1°. Spes, et charitas habent pro obiecto quod Deum sub aliqua ratione attributali, omnipotentiae, scilicet, et boni: ergo et fides. = Confirmatur: Si fides respiceret Deum sub ratione Deitatis esset: quia specificativum fidei, scilicet, Deitas, quae est radix, et natura perfectior est Deitate,

quae

quæ attributum est; conseq. est falsum, vt patet ex illo Pauli 1° ad Corinth. 13 Maior autem horum est charitas: ḡo. = 2°. Prob. ans. ideo credimus aliquid fidei: quia credimus, illud dixisse Deum: ḡo per ordinem ad Deum testificantem creduntur cetera: ḡo obiectum quod primarium est Deus subratione testificantis: ḡo non sub ratione Deitatis-----

Tertio: Veritas debet proportionari potentiæ, in qua residet; sed fides residet in intellectu, cuius obiectum exprimitur per verum: ḡo obiectum formale fidei debet exprimi per verum-----

Quarto: in virtutibus theologicis idem est obiectum formale quod, et finis propter quem: sed finis fidei est Deus subratione saluatoris, iuxta illud 1. Petri 1o reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. Et patet manifeste: nam fides exnatura sua est dispositio prævia ad nostram justificationem: ḡo adhoc per illam Deum cognoscimus, vt ab illo iustitiam assequamur: ḡo cognitio Dei per fidem ordinatur ad cognitionem ipsius vt saluatoris. = Denique: obiectum formale quod luminis gloriæ est Deus, vt dicit tam Deitatem, quam attributa: ḡo et fidei, quæ, vt diximus, succedit lumini-----

R. neg. anste ad prob. neg. conseq. quia ipsa et charitas pertinent ad voluntatem, cuius obiectum formale quod est bonum; fides vero ad intellectum, cuius obiectum formale quod non est aliquod attributum entis, sed ipsa quidditas rei; vt prævenit proprietates. = Ad conf. neg. sequela: quia licet Deitas quidditatiue, et vt est in se cognita, sit perfectius specificativum, quam bonitas; si tamen bonitas attingatur vt est in se, et Deitas

con

connotatiue, et ænigmatice perfectiori modo specificat bonitas; cum ergo ad bonitatem Dei vt est in se charitas terminetur, fides iuxta ad Deitatem connotatiue, fit inde excellius charitatem ---

Ad sec.am prob. resp. quod testimonium diuinum non creditur prius signate, et vt quod, sed simul cum mysterio, exercite, et vt quo sicut lux, seu ratio videndi attingitur simul cum colore. Vnde Deus, vt testificans non est formale, et primarium quod, sed motiuum, scilicet formalis ratio sub qua ---

Ad tertiam resp. quod sicut formale, et primarium obiectum quod intellectus non est verum, sed quidditas, aut ens associatum veritate, vt conditione, vel ratione sub qua, ita vt servetur proportio, obiectum formale fidei non est veritas, sed veritatis quidditas, aut entitas, scilicet diuinitas associata veritate, vt medio, uel vt motiuo ---

Ad quartam negomi: fidei enim, quatenus speculatiuæ, solus Deus est obiectum, et quamuis, vt practicæ conueniat ad iustificationem disponere, hoc est secundarium respectu fidei, et nihilominus, vt sic attingit Deum, vt consequibilem, quatenus consequibilitas est aliquid Dei, ac proinde ipsum attingit per attributionem ad Deitatem ---

Ad vltimum resp. admisso pro nunc antecedenti, neg. conseq.me quia lumen tendit ad Deum, vt est in se; et in Deo prout est in se nulla est distinctio inter Deum et attributa; ac proinde non est locus, vt vnum primario, aliud secundario attingat; fides autem tendit ad Deum, vt à nobis pro hoc statu imperfecte cognoscit.

cum

cum que ex nostro modo concipiendi distinguatur Deitas ab Attributis, fit conseq. posse fidem inspicere primario solam Deitatem, ut praevenit attributa.

DUBIUM II

QUODNAM SIT OBIECTUM FORMALE QUO FIDEI

Magnum dissidium est inter Att. in assignando obiecto formali quo fidei, id circa in tot abiere sententias, ut vel illarum multitudo non parum obscuritatis attulerit in hoc puncto; ut igitur clarius procedamus inter statuendas conclusiones, illas sigillatim referimus, et impugnabimus.

Prima Conclusio

Obiectum formale quo fidei divinae non est Deus sub ratione Deitatis, neque ut supremus Dominus, neque veritas intrinseca credibilium, neque obscuritas illorum. Primam partem sic ostendo: obiectum quo fidei est ratio credendi mysteria fidei; sed Deus sub ratione Deitatis non est ratio credendi mysteria fidei: ergo. Prob. min: interrogatus

fidelis

fidelis, cur credit incarnationem? tunc non respondet, dicens: quia est Deus: ergo ratio credendi non est Deus sub ratione Deitatis.------------------------------------

Dices primo, cum Aureolo in 1. dist. 14. q. 1. Deum sub ratione Deitatis esse rationem credendi non proximam, et immediatam, sed primariam, et radicalem: quia interrogatus fidelis, cur credit Deum? quia prima veritas, respondet; et ulterius si interrogetur, cur prima veritas est, et hoc credit? reddit rationem: quia Deus est.------------------------------------

+ Deum esse

Sed contra 1°. Actus, quo cognoscitur Deum + esse summum verum: quia Deus est, non est actus fidei: ergo fides non resolvitur in Deitatem, ut existat ultima in veritate, tam quam in ratione credendi omnino prima. Ant. prob. actus ille non est assensus propter testimonium dicentis, sed est discursus innitens connexioni inter Deitatem, et attributum Deitatis, scilicet veritatem. Contra 2°. eatenus Deitas esset ratio credendi, quatenus necessaria esset, ut innotesceret nobis Deum esse summum verum; sed ad hoc non est necessaria reductio in Deitatem: ergo. Prob. minor nam Deum esse summum verum potest multiplici via independenter à Deitate nobis constare, scilicet à posteriori ex effectibus, et per motiva credibilitatis: ergo potest nobis constare sufficienter Deum esse primam veritatem, quin, si interrogemur, cur credimus? teneamur reddere probationem Deitate. Contra 3°. corpus ideo est visibile; quia est coloratum, et ideo coloratum: quia continens mixturam primary qualitatum, ex quibus resultat color; et tamen visus non transit ad mixturam, sed ultimo sistit in corpore

colorato

colorato. Deus etiam specificat spem, et charitatem: quia omnipotens, et summum bonum, quorum radix est Deitas; et tamen respectus illarum virtutum sistit in omnipotentia, et bonitate, et ad Deitatem non pertingit: ergo pariter, eaque Deitas sit ratio primae veritatis non sequitur fidei habitudinem non sistere ultimate in veritate prima, vel debere resolutionem fidei ultimate fieri in Deitatem. = Contra 4º: fides non credit nisi dicenti: ergo non credit Deum esse veritatem: quia Deus est, sed quia Deus dicit vel signate, ut eam in scripturis revelat, vel exercite, ut revelat aliquod mysterium: tunc enim signate dicit mysterium, et exercite dicitur verum dicere. Confirmatur: si actus, quo credit, Deum esse veracem, quia Deus est esset actus fidei, pariter actus, quo cognosceretur, ut Deus esset actus fidei; consequens est falsum: quia veritas, et locutio hic non apparent, et omnino sunt necessaria ad credendum: ergo. Denique interroganti, cur credimus? respondemus: quia prima veritas est; in varium autem (dicit Cajet.) esset interrogare, cur credis veritati primae: ergo nec est quaerenda ratio, cur credamus primae veritati, sed ipsa est ultima ratio, ob quam ipsi credimus, ipsi, inquam, non ipsam: nam ut credimus ipsi immediate, et ratione sui credimus: nam prout sic exercet munus rationis formalis, et ideo attingit alia ratione formali non eget. Cum autem credimus ipsam, idest Deum esse primam veritatem, attribuitur signate, ac proinde per modum cuiusdam obiecti formalis quod indipendens a sui cognitionem medio, scilicet revelatione Dei -------------------

Dices:

Dices 2.º Deitatem posse se sola movere ad assensum fidei, posita locutione, ut conditione neque interrogaveris fidelis, cur credat Deo loquenti? poterit respondere: q.a loquitur Deus: neque Deitas, summa perfectio excludens seipsa omnem imperfectionem etiam praecisa ab attributo veracitatis pugnat cum mendacio: est enim Deitas summa perfectio excludens seipsa omnem imperfectionem, quare si Deus loquitur, debet ipsi credi propter se independenter ab attributis =

Contra non possumus sufficienter moveri ad credendum locutioni, nisi credamus locutionem ipsi esse veram, et implicat, locutionem Dei esse veram non cognita divina veracitate: ergo Deitas seorsim ab attributo veracitatis nequit movere ad actum fidei. Min. prob. locutio vera est actus secundus, et exercitium divinae veracitatis: est enim loquutio conformis iudicio Dei; sed implicat intelligi exercitium alicuius facultatis, nulla consideratione facta illius facultatis, vel virtutis: ergo. =

Contra 2.º Natura divina si consideretur sine singularitate non repugnaret concipi ut multiplicabilis, quamobrem docet Ang. Praecept. q.a ipse terminus Deus non est singularis, sed communis: ergo natura divina concepta sine veracitate non repugnat fallere. Praeterea sicut natura divina est radix veracitatis ita intellectus est ratio a priori voluntatis, et perfectissimus intellectus perfectissima voluntatis; sed volitio per hoc praecise, q.d procedat a perfectissimo intelligente non intelligitur perfectissima: neque Deo ex

cap.

capite perfectissimi intellectus, n. repugnat nos decipere: ergo locutio per hoc praecise quod a Deo procedat n. certam gaudere veritate, quae praestat veritas, et sapientia.

Contra 3.m non posse mentiri sic. se n. e perfectio; sed pura negatio conveniens lapidi, immo non enti: est ergo perfectio quatenus fundatur in aliqua perfectione positiva, ad quam sequitur necessario, scilicet in determinatione ad dicendum verum; sed veracitas est: quia Deus expresse determinatur ad verum: ergo non posse mentiri, ut est Dei perfectio non convenit Deo seorsim ab attributis.

Conf. extrema, quae opponuntur indirecte n. possunt intelligi esse invicem opposita, nisi intelligantur inter extremum directum medio, cui alterum extremorum opponitur directe; ac proinde seorsim ab illo medio nequit intelligi oppositio; sed veritas, et mendacium opponuntur indirecte, et medium connexum cum uno extremo, et directe oppositum alteri est veritas: ergo seorsim a veritate nequit intelligi oppositio veritatis cum mendacio. Mai. sic explicatur aqua, et calor opponuntur indirecte: quia aqua ad sui conservationem petit frigiditatem, cui opponitur directe calor: album, et relatio similitudinis cum nigro: quia petit pro fundamento nigrum, cui opponitur album, et ideo nec oppositio aquae cum calore, nec oppositio albi cum dicta relatione intelligi possunt non intellectis fri-

gidi

frigiditate, et nigredine. Min. vero sic probatur Deitas, et mendacium pertinent ad diversa genera, et lineas, scilicet ad lineam naturæ, et actus, ad genus essendi, et operandi, et extremis nullam dicunt inter se contrarietatem =

Deinde: in tantum opponuntur in.
9. tum deitas quatenus veracitatem, cui directe opponitur mendacium, vel in quantum mendacium petit naturam potentem fallere, cui opponitur directe natura determinata ad verum; ergo mendacium ratione cuius opponuntur est veracitas: ergo seorsim ab illa non concipitur Deitas ut pugnans cum mendacio =

Si dicas, Deitatem directe opponi cum mendacio: quia est summa perfectio cui directe opponitur omnis imperfectio ac per consequens mendacium = Contra: nam Deitas formaliter solum est perfectio summa in propria linea naturæ, non vero etiam attributali; sed summa perfectio in linea naturæ, et imperfectio in alijs lineis extremis non opponuntur: ergo ut Deitas intelligatur pugnare cum omni imperfectione etiam alterius lineæ, debet concipi ut est radicaliter perfecta in omni linea: ergo ut intelligatur opponi cum mendacio debet concipi ut radix veracitatis vel distincte, vel in confuso, quatenus est quædam perfectio attributalis excludens proxime mendacium: ergo non intellecta veracitate non potest intelligi locutio Dei infallibiliter vera: ergo sola Deitas etiam si concipiatur loquens non est sufficiens

ratio

ratio credendi =

Dices 3.º Deitatem esse rationem credendi saltim inadaequate in consortio sapientiae, et veracitatis: quoniam maiestas, et excelentia Deitatis de ipsa confert dignitatem testimonio, ut omnes revereantur, et credant =

Sed contra 1.º nec inadaequate potest esse ratio credendi formaliter, quod immediate et ratione sui non movet ad assensum mysteriis; sed maiestas, et excellentia Dei non movent ratione sui et immediate: ergo. Patet consequentia: etenim ratio formalis etiam movet saltim inadaequate ratione sui, et quamvis in consortio alterius non vero ratione alterius. Min. probatur divinae maiestati et Deo excelso credimus: quia Deus nec fallere, nec falli potest: ergo movet maiestas ratione alterius, scilicet ratione veracitatis.

Confirmatur: ideo personae excellenti debetur fides: quoniam de persona excellenti credendum est operari ut ipsa docet; ac perinde non mentiri: ergo a sola veracitate movetur immediate fides. =

Explicatur amplius: illud non est obiectiva ratio credendi etiam partialis seu pecus nostri, quae non est obiectiva ratio adhuc partialis non mentiendi ex parte Dei; sed non partialiter adhuc inclinat maiestas Dei immediate ad verum, vel ad non mentiendum: ergo nec partialiter movet nos ad credendum =

Contra 2.º excellentia, et Maiestas formaliter loquendo suadent reverentiam, et summissionem; at actus fidei non est formaliter summissio, et reverentia: hac enim

per

pertinent ad voluntatem: ergo excellentia et Maiestas non habent formaliter movere fidem, sed voluntatem, ut imperet assensum fidei. Patet consequentia: nam obiectum quo, vel motivum intrinsecum actus imperati potest, et solet esse distinctum â motivo imperantis, ut cum quis ex motivo, aut imperio charitatis audit Sacrum, motivum actus imperantis est divina bonitas, motivum vero intrinsecum auditionis sacri est cultus Dei. Similiter, si quis ex obedientia eliciat visionem, ratio formalis obedientiae erit praeceptum, visionis vero sola lux: ergo pariter in assensu praestito ex reverentia erga Deum erit quidem motivum reverentiae divina maiestas, ratio vero credendi sola veracitas.

Denique: illud non est ratio credendi etiam inadaequata, â quo testimonia Dei non habent, quod possint credi, sed â maiestate, et excellentia praecise habent, quod debeant credi non vero quod possint credi: ergo. Probatur: debitum credendi non est motivum intellectus, sed voluntatis: nam actus, qui formaliter movetur ex debito est bonus intrinsece, et formaliter, et actus qui formaliter est contrarius obligationi, seu debito intrinsece, et formaliter est malus. bonitas autem, et malitia solum afficiunt intrinsece actus voluntatis: ergo quod praecisse tribuit testimonijs Dei, quod ipsis sit debita fides, non potest esse ratio etiam inadaequata credendi. Min. videtur certa: nam obligatio

non

n̄ considerit, sed supponit posse, sed divina excellentia obligat nos, ut credamus divinis testimonijs: ergo supponit, illa posse credi: ergo quod possit credi non obtinent a divina Maiestate =

Sec.ae p. Conclusionis, videlicet n̄ eē obiectum quo fidei Deum, ut supremum Dn̄m vel ut pure praecipientem est contra Guliel Parisiens. Cui communi idea tribuitur ab Authoribus. Sed ante illius probationem notandum est primo: evidenter esse falsum, quod fidei praestet assensum divino testimonio solum qui Deus praecipit nulla luce ratione, nullo que movente obiecto formali. tum q.a assensus fertur essentialiter in obiectum propositum ut verum: ergo sicut Deus n̄ posset praecipere amorem, vel visionem sine bonitate, et luce moventibus hos actus, ita nec potest praecipere assensum sine veritate intrinseca, vel extrinseca movente intellectum. tum q.a assensus fidei non esset rationabilis nec possemus interroganti ullam rationem reddere de n̄ra fide, sed eo modo duceremur à Deo ad credendas res fidei, quod ē falsum q. n̄on credimus solum: quia Deus praecipit nulla nos luce ducente, aut veritate =

Quod ergo intendimus probare ē authoritatem Dei praecipientis non esse rationem obiectivam moventem nos immediate ad assensum fidei. Et prob. 1.o, fides immediate habetur à testimonio dicentis, sed praecepti formali-

tea

fratirex loqdo n'e testimonium, nec pracipere assensum Trinitatis Ideo est testimonium Divinitatis supernaturale nisi ad summum acquisitive, quatenus pracipere nequit assensum falsum: ergo —

Confirmatur: Deo, ut movente ad assensum fidei credimus, et assentimur; sed Deo, ut pracipienti non credimus nec assentimur ergo id dicti movet fidem. Probatur minor. Tum quia sola affirmatio, vel negatio est capax assensus, vel dissensus, Deus autem, ut pracipiens nec affirmat, nec negat nisi acquisitive, quatenus ex pracepto sequitur aliqua affirmatio, vel negatio. Tum quia assensus, et dissensus sunt actus, quibus intellectus dicit, ita esse, vel non esse ita; praceptum autem bene exponitur per fac hoc; sed Deus dicens nobis, fac hoc non exigit actus, quo dicamus, ita esse ergo Deo ut pracipienti non assentimur. —

Secundo: illa locutio movet immediate ad credendum, quia immediate manifestat veritatem rei; sed locutio, qua Deus pracipit, quod credatur Trinitas, non manifestat immediate existentiam Trinitatis, sed voluntatem, qua Deus exigit Trinitatis assensum: ergo Probatur major nam movere obiective ad credendum est manifestare immediate credendum, scilicet veritatem, qua latebat, ita ut percipi possit a credente: ergo illa locutio movet immediate ad credendum, qua immediate manifestat veritatem. Minor probatur nam verba Dei, sicut et nostra id manifestant imme-

diate

diate ad quod manifestandum sunt imposita, sed verba præceptiva solum sunt imposita ad significandum prædictam voluntatem: ergo. =

Sexto: illa est ratio formalis fidei, à qua credibilia censentur vera, et sortiuntur suam certitudinem; sed mysteria fidei non ex eo censent vera vel certa, quia promanant à Dno, cui omnes teneantur obedire, sed quia testatur illa veritas, quæ nec fallere, nec falli potest: ergo = Conf. Si per possibile, vel impossibile Deus esset prima veritas, et non esset supremus Dns, esset omnino fide dignus, si tamen supremus Dominus esset, et non esset summe verus, non posset ille exigere, aut movere fidem: ergo dominium nulla ratione potest specificare fidem. Conf. 2º. Dni, ut Dns, et ut præcipiens, est objectum formale quo virtutis obedientiæ: ergo non fidei, quæ est virtus pertinens ad intellectum.

Tertia pars concl. scilicet quod veritas intrinseca credibilium non sit motivum immediatum fidei; probatur: nos fidei credimus solum propter dicentis authoritatem: ergo non propter intrinsecam veritatem credibilium. Ant. prob. primo ex illo Genes. 15. credidit Abraham Deo; et ex illo Math. 16. caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater etc. Et ex illo S. Aug. Epist. 3. quæ nec contra divinæ authoritatis culmen, luceret quod ostendat. Secundo: nam fides divina est virtus theologica quia ejus motivum est quid divinum. Tertio: nam fi=

des

des humana innititur testimonio humano: ergo fides divina innititur testimonio divino = Quarto quia veritas obiecti se sola movet, et determinat intellectum ad assensum sui, quando in sola apprehensione terminorum apparet veritas illius prae falsitate, sed Datur testimonium, et verum ex sola apprehensione terminorum non apparet potius verum, quam falsum ergo =

Dices primo cum Scoto in 3. dist. 2. q. 2 ar. 3. sola apprehensione terminorum non reddit manifestam, aut evidentem veritatem credibilium, sufficit tamen auxilij habitu infusi, ut intellectus ad assensum determinetur =

Sed contra 1.° Intellectus quoniam ex libero robore non potest ferri per assensum in obiectum non sibi propositum, ut verum; sed sola apprehensione credibilium non proponitur, ut verum ergo. Maior patet nam obiectum assensus est verum resplendens in apprehensione: ergo sicut ob hanc rationem nequit assensus ferri in apprehensum, ut falsum, sicut nec potentia visiva, quantumvis confortetur potest in non lucidum, ita neque assensus vero auxilij habitus infusi ferri poterit in obiectum, cuius veritatem non manifestat apprehensio =

Contra 2.° apprehensa aliqua veritate fidei, et existente fide in intellectu dubitamus circa illam veritatem, quae nondum est nobis sufficienter proposita, vel quando non constat nobis per Ecclesiam de revelatione illius: ergo veritas credibilium

um, etiam cum auxilio habitus fidei non suffi-
cienter determinat intellectum ad assensum.

Contra 3.° sequeretur, hæretico interroganti, cur credimus Deum esse trinum? non posse reddere rationem sufficientem, quæ adæquate id a nobis credi: nam ratio credendi est ipsamet divinitas cum auxilio fidei, et non recte responderet, credo esse trinum: quia divinus est, et fidei author credendum inclinat. ergo =

Contra 4.° si ratio credendi divinitatem est ipsamet divinitas, nulla nos veritatis lux, vel apparentia praelucente, sed sola vi luminis fidei: quod non rationali, r.d. eo modo crederemus, ut si nulla veritas praevia luce ex imperio nostri crederemus, altera est partem, aut quid simile =

Dices 2.° veritatem credibilium esse motivum intrinsecum, et immediatum fidei propositum divino testimonio, et praecedente illius apprehensione sequitur. ergo quod revelentur omnia, sed ut credantur, sufficit, si praecedat apprehensio revelationis, qua posita, credibile ratione sui determinat ad assensum; ita ut ad illum revelatio divina tantum per modum motivi extrinseci comparetur. =

Sed contra 1.° nam apprehensio divini testimonii sive assensus circa illud indifferens est ad assensum, et dissensum divinitatis revelatæ; siquidem nos apprehendimus Deum attestari divinitatem, et illam credimus; Hæretici autem apprehendentes hoc ipsum nequaquam credunt quod di-

vinum

uinum testimonium media sola apprehensione non est ratio determinans ad credendum: ergo testimonium determinat ad assensum, requiritur iudicium illius, nec sufficit apprehensio =

Contra 2º Vel interrogatur fidelis, cur credat incarnationem? respondere potest, quia Deus dicit, vel non. Si primum: ergo non solum apprehendit, sed credit, Deum dicere. Si secundum: ergo cum incarnatio ex terminis non constet, nulla ratione duci credit illam. =

Contra 3º individuus non movetur ex attingentia unius ad attingentiam alterius nisi quatenus attingentia unius, infert attingentiam et connectit cum illa; sed apprehensio divini testimonii non connectitur cum assensu misterii, cum quo tamen connectitur assensus testimonii: ergo nullo modo saluatur fidem a divino testimonio moveri, si sola apprehensio, et non assensus eius praecedat. =

Contra 4º Implicat, quod aliquis sit dubius, incertus, aut minus certus de divino testimonio et quod sit certissimus de re testificata per testimonium credendi etiam extrinsecum, sicut implicat, quod sit minus certus de praemissis, et certissimus de conclusione etiam si praemissa sint motivum pure extrinsecum assentiendi conclusioni, sed per illam apprehensionem nulla habetur certitudo de divino testimonio: ergo sola apprehensione illius nequit fidelis esse certissimus de misterio =

Contra 5º implicat voluntatem velle

medii

medium propter finem etiam extrinsecè movendem, quin in ipsa praecedat amor finis: ergo implicat in intellectu assensus misterij propter testimonium, quin in ipso praecedat assensus circa testimonium = Si dicas, sufficit quod praecedat in voluntate simplex amor finis, et non requiritur efficax, ita in intellectu sufficit, quod praecedat apprehensio, et assensus non erit necessarius.

Contra est: debet enim praecedere amor talis finis, qui excludat odium ipsius: ergo debet praecedere ad assensum misterij propter testimonium actus circa testimonium, quod excludat dissensum circa illud: ergo praecedit assensus: nam apprehensio sola compatitur cum dissensu. = Denique sequeretur, actum fidei non esse meritum fidei: nam meritum fidei stat in credendo Deo; sed non credit Deo, qui testimonijs eius non credit: ergo actus fidei sine assensu testimonij, nullatenus esset meritorius, aut meritum fidei. =

Dices tertio: praeter apprehensionem divini testimonij requirit assensum illius, non quidem praesentem, sed sufficit praeteritum, utraque quis posito primo assensu trinitatis ratione divinae revelationis, postea repetit assensum trinitatis, saepe credit illam immemor divinae revelationis. Unde assensus isti sequentes non referuntur intrinsecè ad divinam revelationem; sed motivum intrinsecum eorum est sola veritas misterij. =

Sed

Sed contra 1°. intellectus nequit ferri per assensum in obiectum, nisi illud actu appareat verum; sed trinitas seclusa revelatione non apparet actu vera: ergo immemores divinæ revelationis non possunt propter illam assentiri rebus fidei. Prob. min. nam trinitas non apparet vera ratione sui, et ex terminis: ergo ratione alterius illam manifestantis; sed sola revelatio manifestat veritatem Trinitatis: ergo. =

Contra 2°. Eo non requireretur assensus præsens divinæ revelationis; sed sufficeret præteritus, ut assensus sequentes trinitati dicerentur esse propter divinam revelationem, quia ex assensu præterito revelationis relinquitur in intellectu determinatio ad assensum trinitatis; sed ratio est insufficiens: ergo. Prob. min. talis determinatio vel est pure subiectiva determinans quidem ad credendum, sed non media sui cognitione, vel est obiectiva media specie repræsentante mysterium genita ex vi primi assensus; sed neutra est sufficiens, ut assensus sequentes sint propter testimonium divinum: ergo. Prob. min. quoad 1.m part. nam determinatio subiectiva non est sufficiens, ut interrogatus fidelis cur credat, possit rationem reddere, quia nil cognoscit, quod sibi sit ratio credendi: ergo non crederet propter revelationem. Quoad 2.am part. idem prob. nam vel species relicta ex assensu priori solum repræsentat Trinitatem, vel repræsentat Trinitatem, ut primo creditam ob divinum testimonium saltem confuse. Si

1.m

1.^m q. solum repraesentat aliquid sufficiens ad apprehensionem non tamen ad assensum. Si 2.^m g. q. n. requiritur, solum praeterijsse assensus revelationis, sed praesens requiritur saltim in confuso quotiescumque credimus. =

Deni q. medium, in quo nulla bonitas apparet, nequit amari propter se ratione determinationis relicta ex praeterita volitione finis: ergo obiectum in quo nulla apparet veritas nequit propter se credi ratione determinationis relicta ex praeterito assensu testimonij. =

Dices 4.º fateor, non sufficere apprehensionem testimonij, nec assensum praeteritum mysterij praeter illud, s.º requiri simul cum assensu mysterij actualem assensum testimonij. Ex hoc tamen infertur; veritatem intrinsecam misterij non esse motivum immediatum fidei; quapropter credi misterium propter testimonium per distinctos actus, quorum alter sit assensus testimonij, et alter assensus mysterij, ita ut respectu istius testimonium sit motivum extrinsecum, et praesuppositum; veritas v.º misterij sit motivum intrinsecum, et immediatum =

Sed contra 1.º Misterium si à testimonio Dei praescindat nullatenus apparet verum; sed actus, qui intrinsece respicit divinum testimonium non fertur in verum: g.º misterium praecisum à testimonio movere nequit intellectum =

Contra 2.º ut intellectus assentiat propter testimonium misterio, cui sine illo assentiri non posset, requiritur, quod ex assensu testimonij oriatur

in

in intellectu aliqua determinatio ad assensum mysterij; haec determinatio, vel est subiectiva, vel obiectiva. Si 1.m ergo assensus misterij non habet obiectum immediatum sufficienter determinans. Si secundum: go ex parte obiecti relucet aliquid, quo misterium apparet verum; sed hoc est testimonium Dei: go assensus misterij secluso divino testinio n. habet quod intrinsece, et immediate possit movere =

Contra tertio: illo dicitur su formali, aut virtuali, quo propter testimonium credimus misterium, tnexionem misterij cum testimonio attingim.? ac proinde se habet ex parte motivi extri talis assensus; sed assensus revelationis n. respicit intre talē connexionem: non enim assentimur revelationi: quia connectitur cum misterio: go assensus mysterij respicit intrinsece connexionem: ergo non prescindit, sed intre respicit revelationem, cum qua misterium connectitur =

Quarta, et ultima pars dctis est contra aliquos, quos suppresso nomine refert Durand. in 3. distinctione 24. quaest. 4. artic. 1o. asserentes, rationem sub qua fidei esse obscuritatem aut conditionem non visi, contra quos militant seq.tes rationes. Prima, nam medium, quo fides innititur, iubat, et quodammodo inclinat facilitando ad assensum fidei; sed privatio claritatis n. iubat, sed potius assensum, quantum e ex se, retardat: g.o privatio claritatis, sive privatio visi non est ratio sub qua, vel medium fidei = Secunda est, obiecta materialia fidei non sunt infallibiliter vera propter

obs-

obscuritatem, qua revelantur, sed propter revelationis
infallibilem, ad quam sequitur obscuritas: ergo
non obscuritas, sed revelatio constans obscuritate
est ratio sub qua fidei. = Tertia ratio sit, Ante
quam intelligatur obscuritas in obiecto fidei in-
telligitur misterium constituendum in ratione ob-
iecti terminandi assensus certos, supernaturales,
et inevidentes: ergo in esse obiecti. Prob. antec.
antequam intelligatur obscuritas, intelligitur
revelatio activa Dei causans obscuritatem in
obiecto; sed pro illo priori intelligitur suf-
ficiens determinativum prædictorum actuum
ergo. Prob. min. per hoc præcisse, quod intelli-
gatur Deus testificans aliquid adest suffi-
ciens motivum ad assensum circa illud; non
naturalem: quia testimonium est supernaturale:
nec clarum: quia res in se non videtur: ergo super-
natem, et inevidentem. = Denique hoc ipsum
sic manifestatur uno, vel altero exemplo: etenim
non minus est de ratione notitiæ abstractivæ ab-
sentia obiecti, et de ratione opinionis incertitudo,
quam de ratione fidei non visum, vel obscuri-
tas; et tamen specificativum notitiæ abstractivæ
non est carentia præsentialitatis; sed quidditas
positiua fundans illam, nec specificat opinio-
nem carentia firmitatis obiectivæ; sed id, quod
præfatæ carentiæ subest: ergo similiter non spe-
cificabit fidem obscuritas; sed revelatio non omni-
no manifestans obiectum. =

Arguitur primò contra 1.am partem Concl. Ultima

reso-

resolutio fidei fit in Deitatem: ergo Deitas est ratio sub qua fidei. Ans prob. credimus incarnationem v. gr. propter divinam veracitatem, Deum autem esse veracem credimus: quia Deus est: ergo fit in Deitatem. Conf. res qualibet resolvitur ultimo in causas, vel quasi causas, â quibus per se primo pendet; s.d assensus fidei pendet â divina veracitate, et divina veracitas â Deitate, ut â prima radice: ergo assensus fidei ultimo resolvitur in deitatem =

Resp. neg. ans ad prob. neg. ans pro 2.a p. q. divina veracitas creditur immediate non propter medium illam manifestans, sed propter se ipsam, sicut qualibet ratio formalis n. per aliud, s. immediate se ipsa petit attingi modo tamen infra explicando. Ad Conf. resp. dist. mai. divina Veracitas pendet â Deitate tanquam a prima radice in esse rei, conc. in esse obiecti, et in processu credibilitatis, neg. min. In hoc n. non proceditur sicut in Scientia: neg cum scire sit rem per causam cognoscere, ut veracitas scientifice cognoscatur debet in Deitatem resolvi ut in radicem: credere v.o cum sit assentiri propter dicentis authoritatem n. quærit causam rei creditæ, s.d sistit in veracitate per quam divina authoritas constituitur =

Dices: iuxta Philosophum 3. Metaph. eadem est dispositio rerum in esse, et in veritate: ergo si veritas quoad esse resolvitur in Deitatem, etiam quoad cognosci; ac proinde non poterit certo cognosci nisi per Deitatem. = R. eandem esse dispositionem rerum in esse, et in veritate intra, quam attendit scientia, n. tamen in esse, et veritate extrinseca,

qua

qua sola movetur fides, quare licet in essendo pendeat veracitas à Deitate, tamen ab illa est independens in credendo =

Secundo arg. Deitas se ipsa immediate pugnat cum falsitate: ergo hoc ipso quod apprehendatur, Deum testari quidpiam, apprehenditur illud esse verum, ac proinde credibile. Ant. prob. 1°. Deitas seipsa repugnat cuicumque imperfectioni: nam seipsa exigit omnem perfectionem: ergo = 2°. Seipsa immediate est purissima, et sanctissima: ergo libera ab omni labe morali, et physica, mendacio, et falsitate. = 3°. et si infidelitas, desperatio, et odium Dei opponantur immediate fidei, spei, et charitati, gratia sanctificans repugnat illis ratione sui seorsim à fide, spe, et charitate: ergo natura divina seorsim à sapientia, et veracitate opponitur errori, et mendacio. Conf. humanitas unita verbo independenter à veracitate pugnat cum mendacio propter suam moralem perfectionem: ergo Deitas propter suam infinitam perfectionem ratione sui pugnat cum illo =

R. dist. ant. Deitas adaequate considerata seipsa pugnat cum falsitate, permitto ant. inadaequate considerata, neg. ant. Consideratur inadaequate Deitas dum solum concipitur quoad modum constituendi Deum; adaequate vero consideratur cum non solum modo dicto concipitur; sed ut exigens veritatem: potest enim considerari Deitas ut essentia, et ut natura. Primo modo constituit Deum; sec. modo radicat, et exigit perfectiones attributales, quarum una est veritas.

Replic. 1°. licet Deitas non repugnet falsitati testimonij sec. m[odo] q. talis imperfectio est, nisi accipiatur ut vera saltim radicaliter, independenter tamen

à

a veracitate pugnat cum illa quatenus imperfectio est: ã Deus non opponitur omni imperfectioni, ratione veracitatis, sed ratione Deitatis: ergo adhuc inadæquate concepta pugnat cum falsitate = Secundo: in conceptu veritatis removentis falsitatem n. in greditur veritas, etiam radicalis: g.º se sola adhuc inadæquate concepta pugnat Deitas falsitati. P. ans. Si Deus decerneret n. concurrere cum Petro ad locutionem falsam, ex decreto removeret a locutione falsitatem, et tamen cum tali decreto posset Ipo-ni, Petrum esse mendacem, et decipientem: ng illud, quod est verum in ore, potest ipse loqui erronee: ergo = Tertio: Deitas, est veritas radicalis n. e. Iceptus objective distinctas: g.º si veritas radicalis pugnat cum mendacio, Deitas se ipsa pugnat cum illo eoipso quod apprehendamus Deum deitari quidpiam apprehenditur illud esse verum =

Resp. quod Deus ratione Deitatis inadæquate concepta sed sola formalitate essentiæ opponitur omni imperfectioni in essendo omni tamen perfectioni absolute non opponitur nisi ratione formalitatis, quam implicat, id est sub conceptu radicis, vel natura exigentis omnem omnis lineæ perfectionem; immo admisso Deitatem se sola pugnare cum mendacio ut est imperfectio id non sufficeret ad fidem: quia fides non pugnat cum falsitate, ut est imperfectio, sed ut talis imperfectio e. sicuti ipsam non movet veritas, ut perfectio, sed ut talis perfectio divina est. =

Ad

Ad 2.am neg. ant. ad prob. dist. mai. Eo decreto removeret falsitatem ratione conferente Petro authoritatem, ex cuius reverencia posset illi credi, neg. non conferente prædictam authoritatem, concedo maiorem. Motivum autem fidei divinæ est authoritas Dei, quam nequit illi communicare remotio falsitatis non orta à veritate saltim radicali=

Ad 3.m R. imprimis iam habebi, Deitatem non posse fidem movere non cognita veritate=Deinde neg. conseq.m nam plus requiritur, ut adstruatur veritas, quam ut destruatur falsitas: nam ut dubium non sit falsum sufficit, quod ex aliquo cap. illi falsitas repugnet; quare præcisse per hoc, quod Deitas sit radicaliter vera, ac proinde impotens radicaliter mentiri, aut falli, repugnabit, locutionem esse falsam; ut autem sit vera, præter naturam, quæ principium est radicale requiritur principium proximum nempe veracitas: sicut ut removeatur odium Dei, sufficit nolitio odij, vel gratia sanctificans, vel unio hypostatica; sed ut ponatur Dei dilectio requiritur ulterius charitas. Cum vero fidei moveri non possit nisi à locutione verâ, fit conseq. moveri non posse ex sola Deitate: Unde ultima conseq. quam negavimus non subsistit. Ad 2.am probationem Resp. Ex quo sit Deitas summa, et purissima, unice sequitur, quod excludat immediate falsitatem, ut defectus est, non ut falsitas est, quod tamen requirebatur, ut fidei terminaret assensum.= Vel resp. sanctitatem excludere etiam mendacium immediate, sed veritatem immediate non adstruere, quod tamen fides desiderat. Et ex hoc ad 3.m cum Conf. respond. Gratiam

Et

et unionem, seipsis removere mendacium, sed non generare ex se ipsis veritatem =

Instab. 1.º ex defectu falsitatis omni alio secluso infertur veritas locutionis; sed Deitas se sola manifestat defectum falsitatis: ergo se ipsa demonstrat locutionem esse veram =

Secundo: defectus falsitatis in locutione est ipsa veritas; sed Deitas immediate removet falsitatem: ergo immediate reddit locutionem veram =

Tertio: sufficit ad hoc, ut locutio Dei sit credibilis, ac proinde ut sit vera, quod Deus per illam nec fallere, nec falli possit; sed precise ratione Deitatis habet, quod per suam locutionem, nec fallere, nec falli possit: ergo. Prob. min. Immediate, et ex terminis repugnat Deitas mendax, vel Deitas fallibilis: ergo Deitas ratione sui habet, quod nec fallere, nec falli possit =

Resp. 1.º dist. mai. ex defectu privativo falsitatis infertur veritas, conc. ex defectu negativo, neg. mai. Defectum autem negativum falsitatis supponit Deitas se sola, nisi exactive, de quo statim redibit sermo = Interim Resp. secundo dist. mai. infertur veritas locutionis, prim praescindibilis ab attributis, sapientiae, et veritatis, transeat; praescindibilis, neg. mai. et admissa min. dist. cons. enim veritas se sola demonstrat veritatem locutionis, demonstratis simul, sapientia, et veracitate, transeat consequens seorsim à demonstratione sapientiae, et veracitatis, nego consequentiam. nam veritas locutionis, quae ex deffectu falsita-

tis

dis debet inferri, ut locutio posit credi e veritas locutionis, ut locutio est: non enim credimus Psitacco loquenti, esto voces illius verum significent; locutione vero esse formaliter veram, consistit in eo, quod sit conformis iudicio vero: ergo in conceptu locutionis vera includitur, quod sit locutio Persone veracis, atque sapientis: neque ergo Deitas manifestaret, locutione esse vera, nisi manifestando attributa sapie, et veritatis =

Ad 2am resp. defectum falsitatis non esse ipsammet veritatem: nam defectus falsitatis e negatio, veritas autem quid positivum est; quod autem defectus falsitatis sit negatio patet, quia ipsamet falsitas aliquid positivum est. Unde non esse falsum non est esse verum, sicut nec est non significare rem esse, quae est, sed e significare rem aliter esse, quam est =

Dices: quidquid sit de distinctione falsitatis Deitas removet a sua locutione privationem falsitatis; ac per consequens ponit in ea defectum privationis veritatis; sed defectus privationis veritatis e ipsa veritas: ergo ponit veritatem. =

Propter hanc replicam solvendum est argumentum, etiam dato, quod falsitas sit ipsamet privatio veritatis. = Respondeo ergo quod et si cecitas sit privatio, et tamen concipitur ad modum formae, sic defectus privationis licet sit quid positivum concipitur ad modum carentiae formae, et eius defectus: est ergo falsitatis duplex carentia, altera pure negativa, qualis invenitur in omni actu voluntatis, et in aliquo alio subiecto incapaci veritatis, alter defectus

est

est privativus, qualis contingit in actibus instus, et locutione; privativus defectus, ejusamet veras, seus vero negativus; cum autem intelligitur Deus loquens praescindendo ab attributis, Deitas confert locutioni actu defectum negativum falsitatis, defectu vero privativum non communicat illi, nisi exactive, Unde non caret actu, sed exactive veritatem locutionis: quia locutio illa praecisive nondum est contracta ad speciem quae prout sic est incapax veritatis, ac proinde actu incapax potest attingi defectus falsitatis privativus, sed tantum negativus. = Et inde argumendum in simili: gratia se sola removet malitiam de privatione rectitudinis; ac proinde ponit in illo defectum privationis rectitudinis; sed defectus privationis rectitudinis est ipsamet rectitudo: ergo gratia se sola ponit actui rectitudinem circa objectum charitatis. Non valet consequentia; quia actus rectificandus, aut intelligitur secundum rationem genericam actus, ex se indifferentis ad malitiam, et bonitatem, et in hac abstractione secundum se inspectum nec dicit defectum negativum malitiae propter incapacitatem rationis genericae, si tamen consideretur secundum conceptum quidem genericum, cum connotatione tamen ad gratiam subiecti exigit defectum privativum, sed non pro illo signo actus generice inspecti, sed pro signo contractionis ad aliquam speciem. Eodem modo phylosophandum est in praesenti. =

Ad 2.m instantiam respondetur sufficere ut locutio sit vera exactive, quod Deus per illam nec fallere nec

falli

falli possit; hoc tamen non sufficit, ut sit actus verae xae virtutis

Arg. 3º quod ex parte rationis credendae praecipua consistit, ut credamus e obiectum formale ... saltem ... caritate fidei, sed Deus sub ratione Deitatis debet ex parte rationis credendi cognosci quotiescumque credimus: ergo Prob. min. ut credamus debemus cognoscere Deum loquentem: ergo Deum qua Deus est, et causa: quia non possumus apprehendere sola accidentia loqui, sed attributa sunt quasi accidentia Dei: ergo non possumus apprehendere Deum loqui, quin cognoscamus substantiam Dei, vel Deum sub ratione Deitatis =

Conf. Maiestas, et excellentia et sapientia Dei cohibet irreverentiam, et petit obedientiam intellectus; sed dissensus testimoniorum Dei est irreverentia, et assensus e obedientia: ergo se ipsa movet ad assensum fidei, et a dissensu removet. Explic. maiestas se ipsa dignificat sua testimonia: ergo et maiestas Dei. Antecedens probatur cum aequali sapientia, et veritate e maior irreverentia dissentiri Regi aliquid testanti, quam alicui privato: ergo maiestas regia se ipsa dignificat testimonia = Conf. 2º testimonium Dei dignius e creditu, quam testimonium beati, etsi sit impeccabilis; et etiamsi Deus suo decreto decerneret removere ab eo omnem omnino falsitatem; sed non e dignius creditu ratione maioris cognitionis ex parte connexionis cum veritate: quia utrobique e summa connexio: ergo ratione dignitatis et excellentiae =

Test.

Resp. quod vt credamus non est necesse prog-
nere explicite Deum: quod Deus sit; quia licet non pos-
simus apprehendere, sola accidentia in abstracto loqui,
possumus tamen apprehendere loqui accidentia in
concreto, hoc est non apprehendendo solam
veritatem loquentis, sed apprehendendo, esse
summe veracem, quis quis ille sit, qui loquitur,
quod necessarium videtur in actu fidei, quo pri-
mo credo, Deum esse: tunc enim credo Deum
esse: quia aliquis summe verax testatur; non
vero, quia Deus dicit, Deum esse: tunc enim sup-
poneretur cognitio Dei ad suam primam cog-
nitionem, implicite tamen importatur Deus ex
parte motivi assentiendi. Fateor tamen in alijs
assensibus, posse nos credere Deo explicite præ-
cognito, ex hoc tamen non sequitur eum esse mo-
tivum fidei, sed subiectum eius: quod Deus, qua
Deus est non est ratio credendi, sed ille, cui propter
ter veritatem, vt propter rationem credendi fi-
dei credit =

Ad Conf. resp. quod assensus fidei est obe-
dientia non ex se, et formaliter, sed extrinsece,
et participative à voluntate: quare maiestas exigens
obedientiam intellectus, solum est motiuum extrin.
fidei, quatenus movet voluntatem, vt imperet
assensum, in quo maiestas diuina differt ab
æternitate, et ab alijs attributis, quæ nec extrin-
sece movent ad actum fidei. = Ad Conf. resp.
quod ceteris paribus testimonium Regis est digni-
tatis quidem dignitate sumpta ex meritis, non tali quod ex

motivo

motivo extrinseco; seu ab excell.^{a} efficaciter movente voluntatem; ut imperet assensum fidei = Ad 2 confir. resp. q. testimonium dei ē dignius creditū testimonio beati, tum ab extrinseco propter maiorē Dei excellentiam; tum ab intrinseco propter infallibilitatem intimam, et ā se, q. testimonium divinum habet n. v.^{o} testimonium beati =

Quarto arg.^{r} contra 2. partem dctis, sufficiens et adaquata ratio credendi ē supremum dominium Dei praecipientis credere: q. n. aliud praeter Deum praecipientem credere, ut supremum Dm̄ ē ratio formalis credendi. Antec. prob. 1.º potest Deus hoc praecipere alicui, scit ut quod credat aliquid, et q. n. inquirat rationem assentiendi: ergo = 2.º quia praestantia fidei consistit in eo quod credamus non apparentia, nulla suadente ratione: q.^{o} tertio credere Deum, quia verax est exigit discursum, sicut omniscientia omnis per aliud, credere tamen Deo quia praecipit ē credere simpliciter captivando intellectum: q. fides, qua discursiva n. ē movetur ā praecepto, et non ā divina veritate. = Quarto: per veracitatem, et scientiam etiam hominibus credimus: sed Deo credentes plus illi deferimus q. hominibus q. Deo independenter ā scia, et veritate credi potest. Quinto: praeceptum credendi connectitur essaliter cum veritate rei creditae: nam repugnat Deo praecipere assensum falsum: q. praeceptum movet sufficienter ad assensum, quem praecipit. =

R. neg. ans. ad primam prob. dico quod obiectum assensus est res, qua appareat vera; Unde sicut nequit Deus praecipere

mihi

mihi; vt videam sine luce, ita, nec vt credam sine illa ratione intrinseca intrinsecam veritatem manifestante, et in illum movente ad assensum præ dissensu. =

Ad 2. resp. quod præstantia fidei divinæ consistit in credendo nulla ratione intra à priori, vel à posteriori movente non vero in credendo nulla ratione extra, vel nulla dicentis authoritate suadente =

Ad 3. R. quod cognitio vnius per cognitionem alterius exigit discursum, secus vero quando vnus, et idem actus vnum ratione alterius cognoscit, sic potentia visiva percipiens colorem ratione lucis, et intellectus Angeli cognoscens effectum per causam non discurrunt, nec fides mysteria ratione divinæ veracitatis: quia vnus, et idem actus ad vtrumque terminatur. =

Ad 4. R. quod credentes Deo eo plus illi deferimus non quod illi ratione veritatis non credamus, sed quia deferimus Deo, et non homini summam veracitatem, ex qua omnimoda certitudine testimonium eius amplectimur. =

Ad 5. dist. consequens præceptum movet sufficienter ad rationem fidei, neg. ad assensum theologiæ, vel alterius speciei à fide, conc. consequentiam nego fides non movetur ab connexione à connexione cum veritate obiecti, sed à testimonio vel authoritate dicentis, præcipere autem assensum trinitatis, non est testificari trinitatem esse =

Quinto arg. contra 3. p. Sclus. Dummodo procedat cognitio divini testimonij potest veritas intrinsece credibilium immediate movere ad assensum fidei: ergo veritas intra credibilium potest esse motivum

in

intrinum, vel obiectum quo formale fidei. Ant. prob. 1.° nam obiectum quo formale immediatum conclusionis formalis potest esse veritas conclusionis obiectiva; sed assensus mysteriorum elicitus à fide potest esse conclusio formalis: ergo obiectum illius intrinsecum potest esse veritas intrinseca mysteriorum. Prob. min. nam si quis inferat, trinitatem esse, ex eo quod Deus non potest testificari nisi verum, testatur trinitatem esse, eliciet assensum fidei: nam eliciet assensum supernaturalem habentem pro motivo divinam revelationem; sed talis assensus erit de to fratis: ergo.

Secundo: assensus trinitatis quos post semel creditam trinitatem decursu temporis repetit catholicus sunt actus fidei,+ excitant amorem charitatis; et ad actum religionis, et ad eius facilitatem disponunt; sed tunc illi assensus non respiciunt authoritatem divinam: ergo immediate, et intrinsece respicit solam veritatem intrinsecam credibilium. Min. prob. nam immemores divinæ revelationis credimus, et recitamus articulos fidei: deinde quia post primum assensum scientificum conclusionis habitum in discursu ad sequentes eiusdem conclusionis assensus, non est necesse recolere præmissas: ergo nec præter primum assensum trinitatis ad sequentes assensus eiusdem trinitatis est necessarium recurrere ad divinam authoritatem.

Tertio: quum primo credimus, præcedit apprehensio revelationis, et mysterii et in tali apprehensione apparet veritas, tum revelationis, tum mys-

+ et pr... [illegible]

terij; sed hac approbatione præmissa potest intellectus immediatius assentiri veritati misterij: ergo eo sola posita apprehensione misterij non potest illi assentiri: quia in sola illius apprehensione non apparet veritas misterij; sed iam apparet misterii veritas adiuncta apprehensione revelationis: ergo hac præmissa potest intellectus assentiri misterio. Explic. potest intellectus assentiri intuitive coloribus, quin simul assentiatur existentiæ lucis, dum per lucem color innotescat: ergo potest assentiri misterio sine assensu revelationis, dummodo per revelationem veritas misterij in apprehensione innotescat. =

Confirmatur: illi propositioni assentimur assensu theologico: ergo non per fidem: neque habitus, qualis est theologia, et fides non possunt inclinare intellectum sub eadem ratione mediatæ reuelationis. Cons. quia in naturalibus habitus primorum principiorum est distinctus ab illo, quo attingitur veritas mediata: ergo fides, quæ veritates immediate reuelatas attingit, distinguitur ab habitu, quo propositio virtualiter reuelata attingitur. Dum: quia habitus, in quibus est distincta ratio formalis sub qua, petunt distinctos habitus; sed ratio formalis sub qua attingunt veritates immediate reuelatas est distincta à ratione formali sub qua attingitur conclusio theologica: ergo. P. Mi: ratio sub qua illarum est diuinum testimonium, ratio vero sub qua istius est connexio, vel continentia in priori reuelato: ergo non est eadem ratio formalis: ita Diquez---

Sed: fides in omnibus actibus habet æqualem certitudinem; sed assensus propositionis virtualiter reuelatæ non æqui-

dem

de certitudine, seu assensu propositionis immediate revelatae: ergo non pertinet ad fidem uterque assensus. Min. probatur: nam prima veritas, cui fides innititur semper, et in omni actu aeque infallibilis. Et prob. min. ille assensus dependet à lumine naturali, ratione cuius praemissae, et ratione discursus: ergo non est eiusdem certitudinis cum illo, qui adaequate innititur divino testimonio.

Confirmatur: sequitur ex posita sententia, quod dissentiens propositioni virtualiter revelatae, sit haereticus; consequens est falsum: ergo et antecedens. Patet sequela: quia ille destrueret rationem formalem fidei. Et prob. min. tum quia error circa conclusionem theologicam minori censura dignus est, quam error circa principia fidei. Tum: quia firmiter adhaerens divinae revelationi, et veritati primae dissentire potest conclusioni theologicae: potest enim errare circa discursum non applicando recte praemissas.

Respondent Suarez primo, fidem non inniti discursui, sed eo supposito, conditione, assentiri immediate propositioni virtualiter revelatae, sicut Ecclesia in definiendis rebus fidei, utitur antecedenter discursu, et postea non ratione illius, sed immediate illis assentitur.

Secundo respondent neg. habitum attingentem principia debere distingui ab eo, quo attingitur conclusio ex iis naturalibus; ac proinde eodem habitu fidei assentiri intellectum immediate revelatis, et per discursum illis, quae virtualiter sunt revelata.

Tertio respondent: rationem sub qua fidei, hanc esse revelationem determinate immediatam, sed abstrahentem à virtuali, et mediata, et ideo praedictos actus non induci ab habitibus distinctis.

Quarto respondent: illas propositiones esse aequalis certitudinis, quia lumen naturale, et discursus necessarius ad manifestandam connexionem, et identitatem unius cum altera solum requiritur, ut conditio, vel influit ut elevatum; vel non requiritur, quod aequali certitudine gaudeant omnes actus fidei: quia diverso modo subduntur testificationi divinae, sed sufficere, quod omnes sint infallibilis certitudinis------------

Denique respondere possunt, quod dissentiens conclusioni theologicae supposita notitia praemissae naturalis, et discursus esset haereticus; secus vero si errores esset circa connexionem conclusionis cum praemissis, quod ante dicta connexione ignorata dissentiatur quis conclusioni absque haeresi probat, quod assensus conclusionis pertineat ad fidem, sicut dissentire articulo fidei propter ignorantiam invincibilem propositionis Ecclesiae non est haeresis, et tamen supposita Ecclesiae propositione per fidem illi assentimur------

Sed istae solutiones non enervant vim difficultatis, et prima refutatur primo: tunc discursus, vel lumen naturale ingreditur solum ut conditio praesupposita antecedenter, quando solum se habet per modum applicationis rationis formalis manifestantis revelationem esse in se, vel illo materiali obiecto, sed rei pertinentis actionis virtualiter revelatae, sive propositionis lumen naturale non se habet per modum applicationis manifestantis eam esse revelatam; sed per modum ostendentis connexionem unius cum altero, cui est applicata revelatio: ergo non ingreditur solum ut conditio praesupposita antecedenter:------------------------

Secundo: Assensus circa propositionem virtualiter revelatam praesupposito discursu, ut conditione non innititur revelationi immediatae eidem applicatae: quia revelationi

applicatæ mediante alio, in quo ipsa continetur; sed hæc appli-
catio fit per discursum: quia fit per illationem unius ex alio: ergo.
Tertio: lumen primorum principiorum, nec cum discursu, nec si-
ne illo attingit veritates scientificas: ergo nec lumen fidei,
nec cum discursu, nec sine illo attingit conclusiones theo-
logicas et mediate revelatas _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _

_ _ _ _ _ _ Si dicas secundum D. Thom. 1. p. q. 2. art. 2. intel-
lectus in quantum distinguitur a scientia, attingit conclusiones
per resolutionem in principia, supposito discursu, quo prius
deducuntur ex principijs, et fides in Angelo attingit in
veritatibus revelatis revelatas immediate obiecta virtualiter
revelata; alias Angelus discurreret deducendo conclusiones
theologicas ex principijs fidei: ergo non inconvenit habitum
principiorum, qualis est fides, se extendere virtualiter ad
veritates virtualiter revelatas _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _

_ _ _ _ R. quod habitus principiorum non attingit conclusio-
nes ex principijs; sed hoc pertinet ad habitum scientificum,
nec obstat authoritas D. Thomæ, quia intellectus, ut in-
tellectus est non solum perficitur habitu principiorum; sed etiam scien-
tijs inadæquate consideratis, ut dicunt, iudicium resolutivum
conclusionis in principia; Angelus autem dupliciter attin-
git principia fidei secundum se, et ut in quibus obiecta vir-
tualiter revelata continentur; primus est actus fidei,
secundus vero theologiæ, quemadmodum, et in nobis ae-
tius, quæ principia secundum se attinguntur pertinet ad lu-
men principiorum; actus vero, quo velut rationes inferen-
di conclusionem attinguntur, pertinet ad lumen scientificum.

Secundo solutio deficit: quia opponitur communi
sententiæ Philosophorum prædictos habitus distinguenti-
um. Secundo quia ubi est nova difficultas, ibi est ponendus dis-

tinctus

indus habitus; sed post assensum principiorum secundo se est nova difficultas in assensu conclusionis: ergo maxime cum ista nova difficultas sit formalis ex immediata connexione praedicati cum subiecto, vel ex connexione conclusionis cum principijs — — — — — — — — — —

Explicatur hoc: quia post apprehensionem terminorum superest difficultas ad penetrandam [illegible] identitatem praedicati cum subiecto ponitur habitus principiorum, qui ad hoc conferat proportionem, aut promptitudinem: ergo cum post assensum principiorum non statim cum omnimoda promptitudine caleat intellectus, consequenter ponendus erit novus habitus ad assensum conclusionis. Tunc sic; sed post assensum fidei superest difficultas nova formalis in assensu conclusionis in principio revelato: ergo praeter fidem est ponendus alius habitus ad assensum conclusionis theologicae — — —

Contra 3.tiam solutionem sic oppono: In naturalibus principia, et conclusiones non possunt convenire in una ratione formali sub qua: ergo nec in nostro casu ratio formalis sub qua est revelatio ut sic. Probatur consequentia: ille assensus attendit ad veritatem illam determinate propter se, et non ratione connexionis cum altero: ergo innititur determinate formali revelationi. Secundo respectu luminis gloriae, et theologiae beatorum respectu synderesis, et prudentiae datur distincta ratio sub qua; sed ista differunt per hoc, quod luminis, et synderesis obiecta sunt principia, prudentiae vero, et theologiae conclusiones: ergo principia, et conclusiones non conveniunt in eadem ratione sub qua respectu alicuius habitus.

Contra 4.tam oppono: neque actus primarius, et secundarius cadunt sub eadem ratione formali sub qua; sed ad assentiendum principijs fidei ingreditur ut ratio formalis sub

qua

qua formaliter revelatio, ad assensum autem veritatis virtualiter revelatae non movet revelatio; sed ita se habet praesuppositive, et concurrit connexio cum principio a Deo revelato: ergo nequit fides esse secundario ad eam se extendere. - - -

Contra 3.am solutionem sic argumentor; nam praemissa naturalis adducta [illegible] eiusdem certitudinis cum fide, tum quia [illegible] elevatio non [illegible] ad influxum [illegible], sed solum [illegible] in influxu [illegible]; tum quia quamvis [illegible] non pertineat ad [illegible] sufficienter [illegible] revelata [illegible] ad inferendam [illegible] fidem in [illegible] certa [illegible] quia maxima fidei certitudo [illegible] in eo quod [illegible] divina, [illegible] fides [illegible] sed [illegible] fides [illegible] falsum [illegible] divini testimonii [illegible] in quolibet [illegible] maxima [illegible] certitudinis. - - - - - - -

[illegible]

ideo error ille [illegible] fidei, quia non [illegible] revelationis, atque [illegible] fidei: sed [illegible] assentiendo [illegible] non movetur a revelatione, sed a connexione [illegible] cum principio: ergo talis assensus non [illegible] a fide. [illegible]

Contra: [illegible] esse virtualiter revelatam est [illegible] connexum [illegible]; [illegible] destruit connexionem, destruit revelationem [illegible] error circa praemissam [illegible]

[illegible]

[illegible] quod [illegible] ex propositione [illegible]
[illegible] destruit fidem [illegible]
ipsam.

Dices: [illegible] procedit
ex [illegible] circa [illegible] fidei [illegible] tantum
oppositione [illegible] in quantum [illegible] veri-
[illegible] divinae [illegible] definitur
[illegible]
[illegible] divinae [illegible] esse vera [illegible]
[illegible] directe [illegible] haeretica
[illegible] opponitur directe [illegible] sed [illegible] oppositione
tantum.

[illegible]
[illegible] sufficit ad [illegible]
propositiones [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Deus [illegible] esse hominem [illegible]
Deus homo est [illegible] tamquam [illegible]
[illegible] et homo [illegible] habet [illegible]
[illegible] eandem [illegible] non [illegible]
[illegible] Omnis homo est mortalis
[illegible] est homo, ergo mortalis [illegible]
omnis [illegible] electus esse [illegible] E
[illegible] Clemens [illegible] est [illegible] electus [illegible]
[illegible] Eccles [illegible] propositione

L[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] theologiæ [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] positione [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

R. [illegible] ani si [illegible] et scitæ cadant sub ea-
dem ratione [illegible], concedo; si sub diversa, [illegible] ani.
Et cum objectum luminis gloriæ sit Deus ut est in se, et in
Deo ut est in se nulla sit distinctio inter naturam
et attributa, et creatura [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] eodem lumine gloriæ [illegible] [illegible] Dei-
tas, attributa, et creatura, [illegible] [illegible]
[illegible] sit superioris ordinis, et in inferioribus
possunt coadunari, quæ in [illegible] [illegible]
ra, ut vegetatio, et [illegible] in anima rationali;
practicum, et speculativum in theologia; [illegible]
et necessarium in amore [illegible]; similiter
[illegible], et scitæ sub eadem ratione [illegible] [illegible] [illegible]
à sapientia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sed illa explicat, et defendit; quia
ratione [illegible] [illegible] et [illegible] possunt [illegible]
[illegible] [illegible]. Theologia. n. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] illa defendendo, et ex-
plicando; [illegible] [illegible] [illegible] attingit
scitæ practicas idem enim spectat ad pruden-
tia.

[illegible] 2. [illegible] quod in [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] sunt immediate à Deo revela-
ta, et [illegible] [illegible] adapplican-
[illegible] [illegible], manifestantur [illegible]

esse

[illegible] Unde [illegible]
[illegible] solum [illegible]
[illegible] antecedere [illegible]
[illegible]
[illegible] qui [illegible]
[illegible] omnes [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] illam [illegible]
Identi[illegible] in illa [illegible] docet [illegible]
[illegible]

Ad 2. R. neg. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] theologica [illegible]
[illegible]
[illegible] ex fide. Conf[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] quae
[illegible]
[illegible]
[illegible] Petri [illegible]

[illegible]

requisitam, ... ab Ecclesia ...
... Rx ... esse ...
... relata ... circa
... fidei; ... errore ...
circa ... Ad ...
... quod ille ...
Ecclesia ... est ... à Deo revelata re-
velatione, de qua ... traditione Ecclesiae ...

Art. Secundus

Utrum obiectum fidei sit aliquid complexum per modum enunciabilis, an non?

Conclusio ... obiectum fidei ex parte rei creditae ... in complexum, ex parte credentis complexum per modum enunciabilis. Pro veritate huius conclusionis supponendum ... fidem esse habitum ... e. virtus intellectualis intellectum determinans, et perficiens in ordine ad verum, quod ... ex parte ... obiecti ... aliqua ... obiectum ut patet in omni alio habitu ... omnem enim in veritate ... sive ... sive ... habitus ... alias ... fidei non esset ... fidelis ab infideli ... distinguerentur, ... in apprehensione ... in judicio solo distinguuntur.

Sec. notandum ... D. Thom. ... q. 85

art. 5. Differentia intellectus humani, a divino, et Angelico in eo, quod humanus propter suam imperfectionem non statim a principio capit perfectam rei cognitionem: primo enim percipit quidditatem, quae est propositum obiectum eius: deinde accidentia quae sequuntur. Inde necesse habet unam apprehensionem cum aliis componere, et dividere et ex una ad aliam procedere, quod est ratiocinari, comparatur rebus generabilibus, quae non statim a principio habent suam perfectionem, sed successive. Secundum dem divinus, et Angelicus: nam cognoscendo quidditatem rei, simul cognoscunt quidquid nos cognoscimus componendo, vel dividendo, aut etiam ratiocinando. Unde Angelicus intellectus comparatur corporibus, quae statim a principio habent suae perfectionem: cognoscit eo intellectus noster componendo: quia non statim percipit, et ratiocinando, quia non statim perspiciat conclusiones. Angelicus vero compositionem, et ratiocinationem non habet, sed intellectus simplicis quidditatis [illegible] supposito.

Probatur conclusio quoad primam partem obiectum fidei ex parte rei creditae est ipse Deus: is quidem est obiectum formale quod; sed Deum est aliquid incomplexum, et per simplicissimus: ergo obiectum fidei ex parte rei creditae est aliquid incomplexum. Secunda parte probatur dicta ratione D. Thomae in hoc art. intellectus humanus ea quae simplicia sunt intelligit componendo; intellectus divinus cognoscit incomplexe complexa: quia cognitum est in cognoscente secundum modum cognitionis.

ergo actus fidei in homine est complex, et modus enunciativus, sicut in Deo, et Angelo incomplexus secundum modum ipsorum.

Dices: ergo fides hominis et Angeli distinguuntur secundum speciem. Consequentia est manifesta; nam distinctio generis simplex, et compositum actuum est distinctio specifica; sed actus fidei in Angelo est simplex, in homine vero compositus; ergo fides in homine, et Angelo specie distinguuntur, siquidem distinctio specifica in actibus arguit distinctionem specificam in habitibus.

R. quod haec diversitas est praecise secundum speciem materialem non vero formalem quia se tenet solum ex parte subiecti: nam fides essentialiter tantum respicit veritatem infallibilem, ut sic divino testimonio innitentem, complexe autem vel incomplexe attingere est diversitas accidentalis ex parte subiecti; in charitate viae, et patriae adest exemplum: nam est eiusdem speciei, et ex conditione subiecti in via gaudet libertate, obtinendo necessitatem in patria.

Arguitur 4.º ex eo quod intellectus humanus sit discursivus, sequitur quod a subiecto participet fidem esse discursivam: consequitur ex parte credentis obiectum fidei esse discursivum. Prob. ans. Etiamsi intellectus humanus sit discursivus, fides non est discursiva ex parte credentis: ergo etiam si sit compositivus, non sequitur, quod fides compositiva sit.

R. quod intellectus habet duplicem conceptum, primo potest considerari ut intellectus, secundo ut talis, ut intellectus perfectus habitum prin-

ci-

cipiorum, ut ratio pro sciendiam perficitur: fides quae est habitus principiorum, atque adeo non est discursiva: quia intellectus circa principia non discurrit, est tamen dispositiva: quia intellectus circa principia disponit — — —

Dices: intellectus licet sit dispositivus, ut elevatus per lumen gloriae non disponit: ergo neque ut elevatus per fidem: quia utrobique ad superiorem ordinem elevatur. Tum: quia ratio D. Thom. unumquodque recipitur ad modum recipientis probat in lumine gloriae: ergo. — R. quod lumen gloriae elevat intellectum ad altiorem modum cognitionis per species proprias obiecti absque dependentia a phantasmatibus attingendo est Deus ut est in se; secus in fide quae et si supernaturalis sit; atque adeo intellectum elevans ad altiorem ordinem, perficit tamen iuxta modum connaturalem ipsius, et per species creaturarum in Deum deducit: non quod lumen gloriae dispositione caret: quia supernaturale sit, sed quia perfectissimum in tali ordine. Per quod patet ad argumentum — — — — — — — — —

Dubium Octavum

Quomodo fiat resolutio fidei et an indigeat discursu.

Quia unumquodque resolvitur, ex quibus dependet et a quibus per se pendet, et causatur; quod fuerit primum in causando assensum fidei erit ultimum, in quo

quo

quo fides resoluenda sit; cum autem diuinum testimonium sit formalis ratio credendi, ut ex dictis constat, in illud resoluitur fides: verum cum hoc ipsum, quod est, Deum aliquid reuelasse non innotescat nobis evidenter, quaeri- dum, unde nobis constet aliquid esse à Deo reuelatum, ut illi possimus fide divina credere, quatenus in illo proculdubio sistat omnis reuelationum, et mysteriorum assensus. +Deus

Ex quo sequitur resolutionem posse fieri in aliquid tanquam in rationem formalem, aut tanquam in dispositionem, aut conditionem, sine qua praemissae non determinarent ad assensum conclusionis. Sed autem quod per modum conditionis concurrit dupliciter potest se habere primo, ita ut concurrat disponendo remote, et aptitudinem; qua ratione assensus opinativus, vel fides humana disponunt ad scientiam. Secundo ita ut concurrat proxime, et modificando rationem mouentem ad assensum, ut contingit in resolutione prioristica demonstrationis; praeterea utraque conditio potest requiri per se, et ab intrinseco ad assensum, vel per accidens, et ratione alicuius assensus aut status ex quo potius quam ex natura habitus prouenit indigentia illius conditionis.

Aliquorum sententia fuit, resolutionem fidei ultimate fieri in ipsum met habitum fidei, cuius intrinseca vi, et supernaturali efficacia, potius quam veritate obiecti determinatur intellectus ad credendum ea, quae non videt. Verum isti defecerunt planè ponentes fidem per lumen fidei moveri irrationabiliter, et caeco modo: nam hoc ipso, quod non assignat

aliquod

aliquid, quod sit ipsi ratio credendi; nulla è ratione ductus,
ac proinde consequenter nec libere, nec meritorie credit. Conve-
niunt etiam theologi, resolutionem fieri non debere in pri-
vatum uniuscuiusque judicium, quasi illud sit suffici-
ens regula ad Scripturarum intelligentiam, et ad
discernendum verum suppositâ revelatione, creden-
dum quod â non credendo; quibus praenotatis, sit

Prima Conclusio.

Authoritas Ecclesiae sistendo intra limites
humanae authoritatis non est primum credibile id, quod si- + credibile
ve ut in ratione formali, sive ut in conditione ...
cursus fidei ultimo resolvatur. Prima pars probatur
tota infallibilitas, et certitudo fidei desumitur ex in-
fallibilitate, et certitudine motivi, et rationis formalis assen-
tiendi; sed authoritas Ecclesiae in sensu conclusionis non est:
est enim methaphysice infallibilis: ergo neque motivum est nec
finis resolutionis. = Confirmatur primo quia opinativum nequit formaliter
influere in assensum scientificum: ergo nec testimonium hu-
manum; ac proinde consequenter fallibile influere in assensum fide-
i divinae. - Secundo: si fides esset dis cursiva, solum pos-
set ex authoritate humana, sicut ex primo infer-
re ... incertum, et si simul assumeret aliud pri-
mum infallibile; scilicet divinum: quia deterior sequitur debi-
liorem partem: ergo non poterit simpliciter inniti aliau-
thoritati in ordine ad elicientiam assensus infalli-
bilis. = Ratio: si testimonium humanum esset de fac-
to falsum non posset inniti illius elici assensus verus: ergo
si sit fallibile nequit inniti illum elici assensus

in

infallibilis. — — — — — — — — — — — —

Quarto: licet posset ex vero sequi falsum tamen habitus, qui, vt eliciat actum innititur veritati primi primi, et si prius sit falsus, actus erit vera materialiter: quia non participat veritatem a primo, sed aliunde: ergo licet per testimonium fallibile possit credi veritas infallibilis, cum infallibilitas a testimonio fallibili non participetur, sed per habitum, vel fidei, qua prædicto testimonio innititur materialiter evadit infallibili. Tum etiam: quia quod testimonio infallibili proponitur et vere attingitur assensu fidei, vel alio; si primus assensus fallibilis, sicut est obiective fallibilis, secundus erit discursus, quando quidem unus actus ab altero causatur. Vnde secundus erit discursus, cum primus non sit necessarius — — — — — —

Nec valet dicere: authoritatem humanam esse rationem formalem inadæquatam, ac per consequens non abesse, sed ab altera ratione formali inadæquata provenisse certitudinem. Nam contra est ad specificandum utraque pars essentialiter, et indivisibiliter requiritur: ergo altera deficiente deficit assensus fidei: ergo illa potest deficere, et potest deficere assensus fidei, sed vt assensus evadat verus requiritur quod utraque pars sit vera: ergo vt assensui non possit subesse falsum requiritur quod neutra pars possit esse falsa. — — — — — —

Arguitur 4.º necessario ... [illegible] ex quolibet vt docet ex regula bonæ consequentiæ apud Dialecticos: ergo ex vero contingenti, quali est authoritas humana, potest sequi assensus fidei infallibilis. —

2.º effectus potest excedere suam causam inadæquatam: ergo ex eo quod testimonium fallibile sit ratio formalis

lis sit ratio formalis inadaequata fidei sequitur quod illa non sit infallibilis. 3º. principia fidei influunt in assensum scholasticae certitudinis mere baptismi, similiter assensus sumit ab habitu facilitatem, et a potentia substantiam: ergo et fides a revelatione desumit certitudinem mere baptismicam, et ab authoritate Ecclesiae certitudinem moralem. — quarto: motivum adaequatum coalescens ex authoritate, aut propositione Ecclesiae, et revelatio Dei, [illegible] infallibile: ergo sufficiens specificare fidem. Antecedens probatur: quidquid a Deo revelatur, et ab Ecclesia proponitur est infallibile, et nequit esse falsum: ergo. — Confirmatur: testimonium Ecclesiae licet secundum se sit contingens, tamen ut verum infallibile connectitur cum veritate obiecti testificati: ergo [illegible] sit obiectum fidei. Confirmatur 2º. Sola quod revelatio Dei sit vera propositio illatio nequit esse falsa: ergo neque ex defectu propositionis potest fidei subesse falsum — — — —

R. argumenta in paritatibus probare nimis: probat namque assensum infallibilem posse inniti testimonio fallibili, ut motivo adaequato, et formali, quod tamen adversarii reputant inconveniens; quapropter dicendum est, quod necessarium sequitur ex quolibet principio, vel per accidens, id est, bene valet consequentia ab aliqua propositione contingenti, immo et impossibili, propositio tamen necessaria non respicit contingens, vel impossibile, ut causam veritatis, vel necessitatis; et quia motivum, sive scientiae, sive fidei innititur non causae, et illationi, sed veritati, quae ... derivatur a principio, vel ratione formali cognoscen-

di

si, fit inde, quod in his distingens materialiter se habet ad predictos habitus tota ne[illegible] Felis---

Sed 2. R. potest excedi in perfectione, vel minus intra eundem ordine, concedo; excedi in diversa ratione, nego ani. Vg. calor ut sex, cuius causa partiales sunt calor ut duo, et calor ut quatuor, quemlibet eorum seorsim excedit in eadem latitudine; sed ratio deducta ex una premissa scientifica, et altera probabili nequit probabilis, et si causa inadequata sit excedere, taliter, ut illa sit scientifica.

Sec. R. quod causa inadaequata duplicitur potest se habere, primo ita ut adiuvet ad alteram sibi concausam in ordine ad productionem effectus. 2. ita ut impediat eam, ne producat effectum eiusdem perfectionis cum illa. Effectus 1. ordinis pot. excedere causam inadaequatam ut patet in exemplo caloris; causa vero 2. generis nequit excedi quia altera causa, a qua poterat desumi excessus propter impedimentum in causante in effectu sed sua perfectione.

Dices: assensus theologicus causatur ex duabus premissis, altera naturali, et altera supernaturali; esse supernaturale, et consequenter causa inadaequata, scilicet premissa naturalis excedit perfectione alterius ordinis, ergo falsa est solutio.

R. quod premissa naturalis non est causa assensus theologici sed non se, sed ut elevata per alteram premissam supernaturalem, ad quam elevationem eadem propositio est alterius ordinis propter ea, quae illud [illegible] supponitur ad intelligendum supponitur posse intelligere, et ex ele-

va-

vationis, hæc eadem potentia transfertur ad aliy ordi-
nem, ut supernaturaliter certe intelligat, ita pariter,
ut aliquis assensus deuehatur ad causandum assensus
supernaturaliter certis, requiritur, quod sit potentia cau-
sare assensus certum, aliàs huiusmodi eleuationem
extra sphæram suæ actiuitatis.

8. Ad 3. nego consequentiam quia claritas, et
obscuritas sunt differentiæ accidentales respectu assen-
sus theologici: desumuntur n. à subiecto euidente, vel
non euidente parte, certitudo autem et incertitudo sunt
differentiæ essentiales respectu fidei, ut potest desumi ipsa
ex ipsa ratione formali, cui innititur, similiter ad al-
terum exemplum nego consequentiam quia certitudo moralis
in suo specie claudit contingentiam, cum qua non dicitur cer-
titudo metaphysica, ac proinde, vel non continetur
fidei certitudo metaphysica, autem in humano testi-
monio plus quam certitudo moralis.

Ad 4. dist. ans. est infallibilis infallibi-
litate orta ex propositione Ecclesiæ partialiter nego
ans.; ex infallibilitate omnino extrinseca illi, et ac-
cidentali, solum quae prouenit ex diuina re-
uelatione, concedo ans. Ad prob. dist. ans. quia à
Deo reuelatur, et ab Ecclesia proponitur, nego, quia ergo
à Deo proponitur, concedo.

Ad 1. Probatio sumitur in fide humana, quod
eodem argumento probari potest infallibilis. R. neg. quod ratio ass-
entiendi testimonio non est veritas illius, sed potius ratio
credendi testimonium esse verum est ipsum met testimonium:
ergo testimonium solum, si non sit infallibile, et si ut ver-
um sit infallibile non potest specificare fidem.

Ad 2am

Ad 2.am Confirmationem R. dist. ant.: nequit esse falsa ex meritis, et ab intrinseco propositionis, nego, ex illa suppositione extrinseca, scilicet quod Deus vere revelaverit, concedo ant. Sicut assertio opinativa ex suppositione quod materia circa quam versatur sit necessaria, nequit esse falsum, et tamen quia materia necessaria ab intrinseco repetit non est formaliter infallibilis.

Dices: ergo saltem ab extrinseco et facta suppositione erit obiectum fidei propositio Ecclesiae. R. neg. consequentiam quia sicut illa accidentalis suppositio est tota ratio assentiendi et tota ratio infallibilitatis, se sola, et Ecclesiae propositione seclusa.

Sec.da pars conclusionis prob. quaelibet, potest deficere defectu conditionis proximae, et formalis concurrendi sicut potest deficere ex defectu rationis formalis: ergo cum testimonium Ecclesiae in sensu conclusionis sit methaphisice infallibile, et requiritur ad assensum fidei, ut conditio proxime, et formaliter concurrens, nequit assensus fidei esse methaphisice infallibilis. Ant. prob. quia illatio, vel dispositio logica in demonstratione requiritur, ut conditio, ex defectu illius potest illa esse falsa etsi praemissae sint verae, et ratio est, quia ratio formalis non specificat nisi dependenter ab ipsa conditione: ergo quoad specificationem actus essentialiter praerequirit conditionem: ergo defectus conditionis infallibiliter necessario defectum specificationis in actu.

Sec.o Resolutio in testimonium humanum ut

in

in traditione, nihil aliud est quam quod ratio formalis creden-
di sit revelatio, Deus autem revelasse id est nobis per
Ecclesiæ propositionem; sed Deus revelasse nequit constare
nobis per Ecclesiæ propositionem sufficienter: ergo probo
minorem: quia revelatio in eadem credita nequit es-
se sufficiens motivum assensus infallibilis; sed per
propositionem non nisi in eadem potest credi illum revelas-
se, cum sit humana, ac perinde fallibilis: ergo nequit
sufficienter constare nobis de divina revelatione per humanum
Ecclesiæ testimonium - - - - - - - - - - - - -
Si dicas: hoc ipsum, quod Deus revelasse
credi per testimonium Dei, ut propter rationem formalem, et per
dem testimonium Ecclesiæ, ut conditionem. Contra 1º quia cre-
ditur Deus revelasse, quia creditur, et ab Ecclesia ita
proponitur, vel quia dicente traditione. Tunc sic; Unde scis
quod verum est Ecclesiam testificari, si id certo non constat? ergo
potest accidere quod iuxta propositionem Ecclesia non sit vera, et
tunc fides quæ ut conditioni innititur testimonio Eccle-
siæ erit falsa. Præterea quia si non constat certo Ecclesiam ve-
rum proponere: ergo nec credo certissime Deum revelasse,
quia fides testificatur, neque ex alio capite constat nobis
certo de divina revelatione, siquidem est ratio credendi,
dum, et propter Ecclesiam non habet necessariam connexionem cum existi-
dentia illius. Si vero constat per divinam revelationem, Eccle-
siam verum proponere, hoc non est de authoritate pure
humana, quia hæc non est proxima talis infallibilita-
tis in proponendo. Contra 2º quia si veritas causæ
solum sit conditio proxime concurrens ad beneficium delu-
sionis, qui non certus de veritate causæ nequit cer-
tissime assentiri delusioni; ergo si propositio Ecclesiæ esset conditio

proxime

proxime deaxxerij ad assensu fidei sine certitudine de veritate Eccl[es]ia proponentis n[on] posset elici assensus fidei infallibilis — — — — — — — — — —

Dices: aliquid naturale potest requiri per modu[m] dispositionis ad assensu[m] supernaturale[m] theologicu[m]: ergo testimoniu[m] fallibile potest requiri ut dispositio ad assensu[m] fidei. R[espondeo] neg[o] conseq[uentiam]: quia naturale potest elevari per supernaturale ad suu[m] ordine[m]; testimoniu[m] autem humanu[m], ut modo loquimur, n[on] elevatur, sed sistit intra limitatione[m] authoritatis humanæ; praeterea quia si requireretur non esset dispositio, sed ratio formalis ad dicendu[m] divina[m] revelatione[m]: Licet dispositio Physica in subjecto, licet sit dispositio ut nobis desit veritas delusionis, est tamen ratio formalis ut nobis desit esse bene ex parte — — — —

Sec[und]a Conclusio

Assensus fidei divinæ n[on] resolvitur in divina[m] veracitate[m] sive in quantu[m] est objectu[m] divinu[m], ut cognitu[m] evidenter lumine naturali. Pro[batur]: assensus fidei divinæ resolvitur in id, ex quo sumitur eius certitudo; sed certitudo fidei desumi ne quit ex lumine naturali rationis: ergo nequit in illud fieri resolutio. Prob[atur] min[or]: qualibet cognitio ordinis naturalis est minus certa, quam fides: ergo a nulla cognitione naturali potest sumi certitudo fidei. Secundo plures n[on] attingunt evidenter per lumen naturale divina[m] veracitate[m], et tamen credunt fide divina plura à Deo revelata: ergo in veracitate[m] evidenter cognita[m] n[on] fit resolutio fidei. = Conf[irmatur]: principiu[m], in quod resolvitur fides est idem apud omnes, cum res fidei æquali certitudine credi ab omnibus debeant: ergo cu[m] in veritatio[ne] n[on] resolvat

fidei

fides in evidente cognitione divinæ veracitatis, in nullo poterit ita resolvi. — — — — — — — —

Tertio prob. ad credendum non sufficit, quod sciat Deum esse veracem, sed ulterius requiritur quod sciamus Deum loqui, at etiamsi per rationem naturalem evidenter cognoscamus divinam veracitatem, istare nobis non potest divina locutio: ergo. — Denique sequeretur, fidem esse discursivam, siquidem ad assentiendum interveniret duplex cognitio, quarum una esset causa alterius; consequens est falsum: ergo. = = =

Dices primo: in cognitione naturali fieri resolutionem fidei, ut in ratione formali inadæquata, vel saltim ut in conditione, et ideo non debere esse æque certam, ac est assensus fidei. — Dices 2o. veritas scientifica resolvitur ut in conditione in dispositione syllogistica quæ cognoscitur minori certitudine: ergo pariter aliquis resolvi in minus certam, ut in conditione.

Sed contra resolutionem sic insurgo: non possum esse certior de veritate fidei, quam de motivo; sed de divina veracitate sum certus solum certitudine naturali, etiamsi illa cognitio sit ratio formalis inadæquata, vel conditio. Tum etiam quia unica ratio influendi in assensum fidei est veracitatem esse cognitam; sed tota ratio cognoscendi veracitatem est naturalis: quia solum cognoscitur naturaliter evidenter: ergo. Ad primum ad ultimum cognitio naturalis evidens non est conditio, vel ratio formalis inadæquata, sed adæquata. Immo licet solum esset ratio formalis inadæquata non evaderet assensus fidei summe certus: nam solum obtineret certitudinem re-

qualem

æquale, vel minore certitudine naturali prædictæ cognitionis evidentis: neque sicut in discursu formali conclusio sequitur debiliorem partem neque excedit certitudinem alterius ex præmissis sumptæ seorsim, ita in discursu æquivalenti, qualis intervenit in processu fidei, assensus mysteriorum non excedit certitudinem rationis formalis etiam inadæquate moventis ad ipsum; si ergo veracitas, ut cognita evidenter lumine naturali concurrit ut ratio formalis saltem inadæquata, fit Deus assensum fidei non pendere certitudine excedente certitudinem luminis naturalis.

Per quod manet impugnata secunda solutio: non certitudo conclusionis sumitur a præmissis, verum tota ratio cognoscendi ipsa non est dispositio syllogistica, sed illorum veritas immediata; unde datur aliquod certius conclusione, ex quo possit certitudo conclusionis provenire. Hinc est patet disparitas inter fidem, et theologiam, in qua potest fieri resolutio in præmissam naturalem tamquam in conditionem, vel rationem formalem inadæquatam: quia præmissa naturaliter cognita non est tota ratio cognoscendi principium supernaturale; unde non potest cognitio naturalis elevari a principio supernaturali, ut possit influere in assensum fidei, sicut elevatur præmissa naturalis a supernaturali, ut influat in conclusionem theologicam.

[illegible] tamen necessarium [illegible] in aliquibus [illegible] fidem [illegible] revelationem et veracitatem evidenter [illegible] naturali, et aliquid [illegible]

Vera-

veracitate lumine [illegible], ... plures ex effectibus demonstr[illegible] divinæ existentiæ, infinitatis etc. sed
[illegible] modo fides non resolvitur in veracitate ut cognita ipsa fide, vel [illegible] cum possit cognosci evidenter lumine naturali. [illegible] veritates nau-
[illegible] Deus veritas [illegible] evidenter per
[illegible], et [illegible] juxta [illegible] D. Thom.
et thomist. sententiæ, Sic art. 4 et 5, quod saltem in
subiecto demonstrante divinam veracitatem resolvun-
tur assensus fidei in prædictam veritatem naturali-
ter [illegible] cognitam

Secundo [illegible] fidei debet [illegible] in vera-
citate divina; sed fieri non potest in ipsa ut cognita
per fidem [illegible]: quod ut cognita evidenter per se[illegible]
[illegible] [illegible] immediate
[illegible] fidei [illegible] [illegible]
in ipsa [illegible] immediate cognita per fid[illegible]
[illegible]: non solo incarnatio non [illegible]
fides se ipsa, et immediate, sed mediante ali[illegible],
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] veracitas [illegible] propositionis,
[illegible] certitudine non evidentia [illegible]

[illegible] resolutio fidei cum [illegible] di-
vina [illegible] evidenter sit in divi-
na veracitate cognita per fidem [illegible] vel quatenus
[illegible] motivum, et [illegible] formalis, non ve-
[illegible] per fidem [illegible]: non enim [illegible]
[illegible] evidenter, et [illegible] per fidem [illegible]

Deni-

Dentia, et quod termini ... id, ... ad ... quod, minime tamen repugnat cognosci aliquid evidenter ut quod, et quod ... ratio ... cognoscendi ... ; ac proinde quod per cognitionem obscuram ... ut quo, sicut si repugnat quod ... ... attingatur ut quo ... sciendi, licet ... quod ... si possit nisi per ... principiorum.

Ad 2 resp. resolutionem ... fidei in veritatem primam cognitam per fidem ... et mediante alia ratione ... vel ... ; ... quod revelatio ipsa, sicut ... divina proponatur ... sicut ... in qua ... veri... immediate ... appareat ... evidenter ... sed quia ... + testat ... ex ... magis ... ita licet ... ; ita tamen ... appareat ... summum, et perfectissimum, quale apprehendimus ... Sabene ... veracitatis, ut id immediate nullo alio motivo ... possumus ... credere ; fit ... resolutio ... veracitatis ... formalis ...

Sectio ...

Resolutionem fidei ... unumquodque resolvitur in ea, a quibus

pere primo dependet sed assensus fidei dependet, quia ultimo resolvitur in ratione formali, i. veritate prima et revelante: quo intelligo et actuali, tanquam resolvitur tanquam in ratione formali. — — — — — — — — — — — — —

Sed quia statim occurrit dura difficultas, unde scilicet dicet nobis, Deus revelasse aliqua; siquidem existentia revelationis, aeque est obscura, ac ipsum mysterium, ideo AA. plures excogitaverunt modos dicendi, quorum aliquos breviter impugnabimus, ut eis praedeterminatis possimus eruere ex tot involucris veritatem. — — — — — — — — — — — —

Primus modus est Scoti, et aliorum asserentium in divina revelatione distinguendam esse veritatem a fidelius existentia. Veritatem (inquiunt) movet authoritas divina existentiam vero suadent testimonia humana, atque creata credita fide acquisita. — — — — —

Hic tamen dicendi modus rejicitur 1.º quia non solum veritas, sed etiam existentia divinae revelationis proponitur ut credenda fide divina: ergo existentia divinae revelationis suadet aliquid divinum, et non solum testimonium humanum desumptum ex humana authoritate et argumentis creatis = Secundo: assensus, quem praebet fidelis existentiae revelationis est infallibilis: ergo motivum illius non est aliquod testimonium humanum. Patet cons.: nam humanum testimonium non est infallibile: ergo non habet vim motivi ad specificandum assensum, qui supponitur esse infallibilis — — — — — — — — — — —

Secundus dicendi modus est Bannez, Cani, et Aragon dicentium, ultimam resolutionem fieri in ipsum lumen fidei, quia pius connaturaliter ducit no-

bis

bis existentia revelationis, et quo ipso radicaliter dis-
cernimus revelationes veras ab apparentibus.---

Sed iste modus displicet propter duplicem ra-
tionem; primo: quia non potest nobis constare determinate
de existentia divinae revelationis quod aliquid non determina-
te creditur de illius existentia, sed indifferens ad existen-
tiam, et non existentiam eius; sed lumen fidei non inclinat
determinate de existentia divinae revelationis, potius
quam de carentia ipsius: ergo praecise ex vi luminis fidei
nequit constare nobis de existentia revelationis: ergo non re-
solvitur fides in divinam revelationem quod habitum fidei fi-
delibus innotuerit. Maior patet: nam quod non determina-
te creditur, sed indifferens ad aliquam conclusionem, et il-
lius oppositum, non magis determinat intellectum, quam
ad dissensum. Minor non minus certa videtur: nam habi-
tus fidei existente in intellectu stat optime, stat op-
time, Deum non revelare mysterium: ergo.---

Contra 2°: quia fides illa resolvitur in
divinam revelationem ea ratione, qua movet obiective, et
ut cognita ad assensum circa res fidei; sed fides illa
qua nihil est aliud, quam ipsemet habitus fidei
non movet obiective ad assentiendum; sed subiective solum
non movet ut cognita, sed determinat per modum habitus,
et principii: ergo non resolvitur fides illa in divinam revela-
tionem, ut subest lumini fidei, vel quatenus praedicto
lumine illustrato movet nos ad assentiendum.---

Dices 1°. habitus fidei est lumen, sic etiam
a philosophis nuncupatur intuitiva: ergo attingit
existentiam divinae revelationis; sed fides resolvitur
in revelationem sub ea ratione, sub qua illius existentia

evidentia

videtur: quod resolvitur fides divina in divinam revelationem, ut quod lumen fidei fidelibus tribuitur — — — —

Secundo: fides resolvitur, ut concedimus, in divinam revelationem; sed infusio fidei est revelatio: ergo resolvitur fides in lumen fidei, ut à Deo nobis infusum. Maior cum conseq. patet. Minor est omnibus, et familiaris modus loquendi theologorum: ergo. — — — —

Tertio: contingit plerumque ex duobus simul aeque, et ab eodem instructis, unum credere, et alterum permanere in infidelitate; sed huius discriminis nequit assignari causa, et efficax ratio, nisi lumen fidei, quo unus prae alio diviniter edoctus illuminatur à Deo, ac per consequens assensus fidei semper resolvitur in ipsum illuminantem — — — —

Respondetur luminis fidei esse manifestare non quidem obiective, sed subiective: quia non manifestat ut cognitum, et faciendo, ut mysterium appareat verum, et non falsum, sed inclinat intellectum, ut praebeat assensum mysteriis se habentibus ex parte obiecti, ex quo verum apparet, et non falsum. Unde dicitur lumen non proprie sed analogice et attributione, sicut intellectus, et potentia dicuntur lumen. Hinc illud Psalmi, signatum est super nos lumen vultus tui Domine, et illud, lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum; hinc etiam oculi dicuntur lumine, et visiva virtus non semel in sacra pagina dicitur illuminatio — — — — — —

Pariter ad 2 respondetur infusionem fidei dici revelationem improprie, quatenus per illam confertur animis vis, et facultas ad percipienda divina secreta, non proprie: revelatio proprie est revelatio obiectiva mani-

manifestativa, qua deteguntur audienti mysteria,
quae sine audienti detegendae manerent penitus
latentia, et eius capacitatem ultra fugerent — — —

Ad 3. instando argumentum in actibus chari-
tatis: etenim potest contingere, ut ex duobus, quibus
eodem modo proponitur divina bonitas, alter diligat,
altero non diligente Deum, in quo eventu nemo dicet + divi
actum charitatis, ut in rationem ultimam resolvi in habitum
charitatis; sed absque dubio tantum pro assistentia, quae
pro resolutione est sola ratio formalis divina bonitas:
ergo pariter pro hoc quod ex duobus, quibus eodem modo
proponitur divina revelatio, alter credat, altero non
credente non determinatur assensus fidei resolvi in divinam
revelationem, et infusionem luminis fidei. Dicendum est
ergo debere distingui inter rationes objectivas
habitus, quae se habent ex parte subjecti, et rationem
de qua nobis est sermo sit in aliquid se tenens ex parte
objecti, a quo primo pendet praecisus assensus, ita-
enim separatus ratione ob quam unus, et non alter
habens luminis actuale, vel habituale collatum u-
ni prae altero etc. ratione hoc se tenet ex parte
subjecti; ratio vero objectiva, in qua resolvitur
fides est revelatio quae ideo resolvit non discernit cre-
dentem a non credente: quia objectum fidei est obscurum
et non necessario devincit intellectum, sed illum in suo ar-
bitrio relinquit, indifferentem ad assensum, vel dissensum.

Tertius modus dicendi est aliorum affir-
mantium fieri resolutionem fidei in divinam revelatio-
nem propositam per Ecclesiam, non quidem per Ecclesiam habentem
humanam authoritatem, sed ex assistentia Spiritus Sancti in

fal-

infallibiliter proponit veritatem fidei, ideo, inquiunt, est terminus in quo ultimate fides nostra resolvitur, sed ducit nos ad certissime cognoscendum existentiam revelationis, quam praestat authoritas Ecclesiae, ut ex assistentia spiritus sancti habet infallibilitatem in proponendo fidelibus res fidei, et fidelis eatenus credit, Deum testificari quae sibi proponuntur fide credenda, quatenus Ecclesia, ad quam, ut signum visibile debemus confugere, asserit, Deum testificari: ergo resolvitur fides in divinam revelationem, ut per Ecclesiae authoritatem quoad sui existentiam certo nobis innotescit.

Nec obstat, si dicas, hinc saltem probari resolutionem fidei fieri in propositionem Ecclesiae, ut in conditionem; non, inquam, obstat: nam hic modus dicendi non contendit propositionem Ecclesiae, etiamsi infallibilem esse rationem formalem, sed supponens authoritatem divinam actu revelantem esse rationem formalem; assigna caput, ex quo nobis constet existere divinam revelationem, quo assignato etsi illud sit conditio credo satisfactum esse praesenti difficultati circa resolutionem fidei — — — —

Sed neque iste modus dicendi difficultatem evacuat: nam dum dicitur intervenire requiri, ut terminus in quo sistit fides propositionem Ecclesiae, aut est sermo de propositione Ecclesiae, quae si requiratur ad credendum ratione praesentis status, non tamen ab intrinseco; aut requiritur ab intrinseco ipsius fidei? Hoc secundum dici nequit: nam eiusdem rationis est fides quoad sui intrinseca in hominibus, et Angelis; sed ante peccatum Angelorum, et ante peccatum Adami non ingreditur ut conditio, vel ut instrumentum propositio Ecclesiae: ergo nequit nobis fides ab intrinseco requirere huiusmodi cog-

nitio-

cognitione per modum conditionis— — — — — — — —
Deinde, qui atque nobis est ignota existentia divinae revelationis, cum ex se non magis appareat Ecclesiam esse infallibilem in proponendo, ac Deum ante revelasse: ergo fides ab intrinseco non requirit Ecclesiae propositionem, ut in ea, tanquam in termino sistat resolutio— — — — — —
Si vero dicatur primum; inprimis non assignatur in quid fides petat ab intrinseco resolvi, et hoc principaliter inquirimus. Deinde licet facta aliqua suppositione possit resolvi aliquis assensus fidei in propositionem Ecclesiae absolute tamen non potest in ea sistere resolutio: fateor enim catholicum postquam fide divina credit habere Ecclesiam infallibilem authoritatem in proponendo res fidei posse suos assensus resolvere in huiusmodi Ecclesiae propositionem, et per eam discernere credenda à non credendis, absolute tamen, et nullo praesupposito assensu nequit fides resolvi in authoritatem Ecclesiae nisi manifeste circulus admittatur, nam constat existere revelationem: quia Ecclesia proponit; et rursum constat, Ecclesiam vere proponere, quia Deus sic revelavit, et tandem Deum hoc revelasse: quia Ecclesia proponit, quis non videat, vitiosum circulum committi? Deum existentia revelationis notificatur per Ecclesiae authoritatem, et ipsa authoritas ecclesiae non aliunde dignoscitur nisi ex divina revelatione: bene igitur stabit, quod catholicus in illis assensibus post primum actum fidei resolvat in Ecclesiae authoritatem saltim ex conditione; nequit tamen stare praedicta resolutio absolute, et saltim respectu primi assensus— — —
Dicunt alij: obiectum formale movens

ad

ad assensum existentiæ revelationis non esse ipsam immediatam revelationem Dei, sed revelationem mediatam, ut patio sacerdotum, miraculorum voces, Ecclesiæ propositio, ministrorum fides, quæ sunt sicut verba Dei mouentia ad assensum existentiæ divinæ revelationis— — — — — — — —

Sed contra 1º. namque æque ignorum est prædicationem, et miracula esse verba Dei ab ipso producta ac est ignota existentia revelationis immediatæ: ergo si necessarium est, quod prædicatio, et miracula cognoscantur ut verba Dei ad hoc ut mouant ad assensum divinæ revelationis immediatæ, hæc non magis manifestabitur quam miracula, quæ per se met ipsa— — — — —

Contra 2º. ut prædicatio, et miracula notificent nobis existentiam divinæ revelationis, ita ut possimus propter illa credere mysteria fidei non est necessarium quod apprehendantur tanquam verba Dei: namque hoc ipso, quod adsint miracula, et prædicatio confirmata authoritate Ecclesiæ, cæterisque argumentis credibilitatis proponitur revelatio immediata sufficienter credibilis ut talis, et propter ipsam mysteria fidei possunt credi: ergo motivum formale assensus circa immediatam revelationem non desumitur ex propositione Ecclesiæ prædicatione, et miraculis, ut sunt verba Dei=

Tandem est modus dicendi aliorum dicentium revelationem immediatam mouere ad assensum existentiæ sui ipsius non prout apprehensa secundum prædicata intrinseca sed etiam secundum prædicata extrinseca nobis nota, scilicet ut est confirmata miraculis, authoritate Ecclesiæ, et alijs notis— — — — — — — — — — — —

Sed iste modus dicendi non satisfacit nisi plenius

ex

explicetur: Tum: quia requiritur, quod existentia
revelationis appareat vera existentia formalis mo-
ventis ad assensum eius: ergo non requiritur, nec sufficit illa appa-
rens vera potius quam falsa: ex motivis credibilitatis, quae
motivum formale non ingrediuntur: quia debet attingi per
assensum fidei id, quod suadet existentiam divinae revelationis,
sed argumenta credibilitatis non attinguntur assensu fidei,
illa namque praesupponit: ergo praeter illa assignandum
est aliquid aliud suadens fidelibus existentiam reve-
lationis — — — — — — — —

Dicendum ergo est, fieri resolutionem assensus
fidei tum in revelatione mediata fidei, tum in motivis
credibilitatis, in illa ut in ratione formali, in istis vero
ut in conditione sine qua non. Praecisius explica-
… advertendum est, sensum huius conclusionis esse
quod ratio, quam ultimam reddimus de assensu nostrae
fidei est revelatio authoritate Ecclesiae, et miracu-
lis confirmata, quam hoc ipso, quod sit immediata, cog-
noscimus immediate, et per se ipsam iudicamus existe-
re revelationem ut confirmatam miraculis, et autho-
ritate Ecclesiae. Explicatur: cognosci potest pri-
mo existere se ipsa licet obscure, et tunc non movent ad
assensum fidei miracula, vel authoritas, nec connexio il-
lorum cum existentia revelationis, sed propositio revela-
tionis, seu conformationis per miracula cum conceptu
vel idea, quam fides habet de divina revelatione
movent ad dictum assensum existentiae revelationis si-
cut videns hominem proceribus, famulis satelliti-
busque stipatum, credit eum esse regem. Tum: quia
comitans, et verba sic suadent. Tum: quia pro-

po-

propositio hominis sic connotati cum conceptu, si idea requiri id conveniant. — — — — — — — — — —

8 Secundo dicitur: quod suppositis motivis praedentis credibilitatis elevantur a Deo species, ut repraesentent divinam revelationem, ut veram potius quam falsam licet obscure: in species quae determinant fidei [illegible] quae adeo elevantur, repraesentabant non possunt obscure, tum eo modo, quo requiritur, ut mereant fidei: ut species illae determinantur extrinsece per motiva, licet repraesentent revelationem ut existentem, non repraesentant tamen rationem ob quam existit, nisi obscure propter connotationem et habitudinem ad praedicta motiva, sicut species universalis naturae determinant ad cognitionem Petri: non quia illum directe repraesentent, sed propter connotationem et habitudinem ad phantasmata a quibus abstrahuntur. — — — — — — — —

Ultima Conclusio.

Fides in credendo procedit sine discursu a ratione credendi ad rem creditam. Prob. conclusio. discursus requiritur ut cognoscatur aliquid minus certum et minus notum ex principio, quod est aliquid notius et certius; sed fides non potest sumere aliquid certius et notius quacumque re credita: quia non potest aliquid assumere, quod non sit obscure cognitum: ergo. Pr. 2o discursus innititur connexioni unius veritatis cum alia sed ad assensum fidei non movet connexio, sed auctoritas dicentis: ergo — — — — — — — — —

Cons

Con[t]. vel connexio rei creditae cum revelatione debet cognosci evidenter, vel obscure? primum est impossibile quia rustici credunt sine tali evidentia. Si 2m vel connexio illa attingitur per discursum, et sic dabitur processus in infinitum, vel sine illo: et si dicatur primum: ergo quemadmodum sine discursu immediate attingitur illa connexio, attingi poterit revelatio. Tertio: sine discursu creditur Deum revelare: quia per seipsum revelat: ergo pariter quodcumque illud poterit cognosci sine discursu: quia ab ipso revelatur – – – –

Denique suadetur conclusio: nam si fides esset discursiva, sequeretur distinctos habitus attingi rationem credendi, et rem creditam; consequens est falsum. Ergo. Probatur sequela: sicut contingit in naturalibus: ibi enim intellectus invenit veritatem per discursum, duplex datur habitus: ergo si in processu fidei deveniendum esset ad rem creditam, consequenter esset duplex habitus alter circa rationem credendi, alter que circa rem creditam. falsitas autem consequentis patet nam eadem fide credimus mysteria, et divinam revelationem ad fidem namque divinam unus simplex habitus spectatur, quod si aliquando fiat discursus ex ratione credendi ad rem creditam, ille proprie discursus non est quoniam non est probativus, sed pure explicativus qui etiam circa prima principia inveniri potest

Articulus III.

Utrum fidei possit subesse falsum

Ex quibus principiis provenire potest

quod

quod fidei falsum subesset vel defectu primae veritatis, cui fides innititur: quia videlicet non repugnaret illi falsum asserere, vel defectu ipsius fidei: quia non semper primae veritati inniteretur; et ut veritas conclusionis, quae negativa est clarius constet, oportet utramque examinare.

An primae veritati etiam de potentia Dei absoluta repugnet falsum dicere?

Pars affirmativa est certa secundum fidem, et communis inter catholicos. habetur expresse num. 23. non est Deus quasi homo ut mentiatur, neque ut filius hominis ut mutetur. Et ad Haebreos 6. inter pondus iusiurandi ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus. et primo Ioannis. mendacium, inquit, ex veritate non est.

Ratio a priori hujus est. Nam nihil est: repugnat Deo quidquid destruit aliquod divinum attributum; sed asseverare falsum destruit aliquod divinum attributum: ergo. Probatur Minor. aut falsum quod Deus asseveraret esset Deo incognitum, aut cognitum. Si primum destruitur sapientia. Si secundum veracitas: quia assertio dicto falsi cogniti est actus contrarius veracitati: est enim mendacium, et malum morale, ac proinde incompatibile cum summa bonitate, et veracitate Dei:

Confirmatur: cum summa misericordia non stat crudelitas, nec cum summa sapientia aliquis error: ergo nec cum summa veracitate asseveratio falsi, quae

actus illi contrarius. — — — — —

A posteriori etiam probatur: Si Deus posset etiam de potentia absoluta falsum dicere periret ~~falsum~~ certitudo fidei; consequenter derogaret fidei: ergo probatur sequela: quia nesciremus ~~an~~ an Deus de facto usus fuerit illa potentia absoluta. Si tamen diceretur illa usum non fuisse: quia ipse sic destificatur. Contra: nam in Deo ipso mentiri posset: unde ergo constat non mentiri, dum asserit se non mentiri. — —

Sec. quod concluditur ab inconvenienti; si Deus posset falsum asseverare posset peccare; consequens est falsum: ergo. Probatur sequela: si posset falsum formaliter asseverare, posset esse mendax formaliter; sed malitia peccati non est separabilis à mendacio formaliter tali: ergo si posset falsum dicere posset peccare. Maior est certa: nam quod falsum dicens non sit formaliter mendax solum posset contingere ex deceptione, qua indicatur verum esse, quod profertur; sed huiusmodi deceptio locum non habet in Deo, cum sit summe sapiens: ergo si Deus falsum diceret esset formaliter mendax. Minor vero patet: quia praeterquam quod est communis theologorum convincitur potissima ratione D. Thom. 22 q. 110 art. 3. deordinatio separata in mendacio consistit in carentia conformitatis verborum cum conceptibus; sed huiusmodi carentia est contra institutionem naturae: ergo malitia est inseparabilis ab actu mendacij: nam innaturale, et indebitum est agere contra institutionem naturae sed actus cadens super materiam indebitam est malus: ergo si carentia conformitatis quae necessario invenitur in mendacio est contra institutionem naturae actus mendacij est malus. Maior est clara: nam voces sunt signa conceptuum: ergo innaturale, et indebitum, ac proinde contra institutionem naturae est, quod voces significent id,

quod non

id, quod licet — — — — — — — — — — — — — —

Confirmatur: quod secundum se est malum nulla ratione potest esse bonum; sed mendacium sec.m est malum: ergo nulla ratione potest esse bonum ac per consequens non poterit tribui Deo. Maior patet: nulla enim ratione, furari propter faciendam eleemosinam, aut propter inanem gloriam non potest reddi licitum: quia cum furtum sit sec.m se malum, nec propter eam malum, nec bonum circumstantiam potest reddi bonum. Et prob. min. illud est sec.m se malum, quod ab intrinseco, et omni circumstantia, vel extrinseco fine secluso habet in se deordinationem, malitiamque; sed mendacium est huiusmodi; siquidem ex se, ex defectu consonantiae locutionis cum conceptu est pravum, et fugiendum: nam Arist. 4. Ethic. ait quod mendacium est per se pravum, et fugiendum, veritas autem per se bonum, et laudabile: ergo est malum sec.m se.

Confirmatur 2°. consonantia cum conceptibus est debita locutioni: ergo mendacium quod formaliter consistit in disonantia est actus cadens supra materiam indebitam, ac proinde malus. Ans prob. tum quia inter verba, et conceptus est aliqua connexio necessaria et infallibilis: ergo moralis consistens in debito, et exigentia, quae verba petunt conformitatem cum conceptibus. Tum quia bonum commune exigit talem conformitatem; sed si posset reddi licitum mendacium, nil haberemus firmum in conceptu humano, et sic posset quivis prudenter discredere, vel haesitare in adhibenda fide dictis alterius, quamvis veridici, et veritatem credentis: quia verum potest non dicere, cum propter maius bonum licite mentiretur: ergo praedicta consonantia cum conceptibus est debita locutioni. — — — — — — — — — —

Deniq. mendaciu sec. … n. e bonu, neque indifferens, sed determinate malu: ac nullomodi potest honestari. Ant. quoad 1 partes patet, quoad 2. prob. aliás posset quis propter quodlibet bonu mentiri in quacumque materia, siquide actus indifferens ex quacumque circumstantia … redditur bonus.

Conf. si mendacium posset honestari, sequeretur posse a Deo juravi falsu; conseq. e absurdu, ergo et ant. Prob. sequela: quia nulla irrogatur injuria Deo illu trahendo in testem alicuius, quod licet testificari maxime si Deo liceret liceret mentiri: neq quod ipsi per se licet, cur per se testificare jurante altero repugnabit? Oppositu errore denuerunt Priscillianistae, quoru meminit Aug. Lib. 1 ad Cer. Cap. 2. Et Armen. ut refert Castro Lib. 5. heresi 3. qui de facto plura falsa esse a Deo revelata ostendebant. proquo arguitur in primis testimonijs sacrae Scripturae, et 1.o illis quibus Haeretici probant Deu per se ipsu esse mendaciu. Sec. illis quibus per ministru probare dixisse falsu.

Obiiciunt ergo 1.o Genes. Cap. 4. dicitur promisit Deus Cain dicenti Omnis qui invenerit me, occidet me, neq… ita fiet, et tamen postea occisus fuit a Lamec: 2.o Genes. 15 dixit Deus Abrahae semen eius futuru esse in Aegipto quadrigentis annis. et tamen ex cap. 2. … ibi fuisse quadrigentis, et quinquaginta. 3.o dixit etiam Deus Abrahae generatione 4.a reverterentur filij Israel non nisi in 5.a generatione exierunt de Aegipto. q.a Mat. 5. computantur quinq generationes a Juda

vsq ad

Nason, quies dicitur num. 2. ... in exitu de Aegypto Principes tribus Juda: q.º — — — —

8.º In 2.º ordine obijciunt plura falsa revelasse Deum per Prophetas, vel Scriptores in sacra pagina cujus ipse est auctor: opponunt q.º primo. Genes. 2.º in 1.º libro dicitur quievit Deus ab universo opere quod patrarat: et tamen Deus nunquam cessat ab operatione cum causis secundis ergo. Etiam Genes. 22 dixit Abr. ad pueros suos exspectate hic cum asino postquam adoraverimus revertemur ad vos; et tamen Abr. habebat animum revertendi cum filio, quem occidere decreverat. — — — — — —

3.º Genes. 17. dixit Jacob ad Isaac: Ego sum primogenitus tuus Esau. Josue 6 inquit: post diem quartum ... manibus, et nisi post sex dies ... 4 Reg. 6. ... Rex Syriae venientibus ac capientibus Eliseum dixit: non est haec via, et erat via. Job. 6. peccavi quid faciam tibi; et tamen cap. 27 ait: neque enim reprehendit me cor meum, et alibi: non peccavi et in amaritudinibus moratur oculus meus. — — — — — — — —

Genes. Cap. 1. dicitur: lux creata fuit in primo die; cum tamen condita fuerit die quarta cum sole. Et Genes. 2. dicitur: Abraham emisse sepulchrum ab Ephron filio Zoar: cum Actus Apost. cap. 6 dicatur ille emit a filio Hemmor. Et Hebr. 9. dicitur: quod erat in arca manna, et virga Aaron, quae floruerat; et tamen 3 Reg. 8. dicitur: quod in arca nil aliud erat nisi tabulae testamenti. — — — — — — —

S.

Item 4 Reg. 8. dicitur: Ochozias cepit regnare, cum esset annorum 22. et tamen 2 paralipom. 22. dicitur, quod erat annorum 42. cum regnare cepisset, quod est falsum. tum quia opponitur priori loco. tum quia sequeretur esse duobus annis maiorem Patre suo Joram de quo dicitur in eodem lib. Reg. quod Joram erat 32 annorum cum regnare cepisset, et regnavit 8 annis et mortuus est cum esset annorum 40: ergo si filius eius Ochozias cepisset regnare cum esset 42 annorum aperte sequitur quod filius esset maior Patre suo duobus annis — — — — — — —

3. ... in sacra Scriptura laudatur mendacium cum Genes. 22. Abraham dixit: quod Sara non erat uxor sua, sed soror; et cap. 24 Joseph de se ipso, quod erat Augur. Et cap. 29 dixit Jacob. non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est, quod non est completum: quia post egressum de Egipto regimen devenere duces, ex quibus Moyses fuit de tribu Levi, et Josep de tribu Efraim. et inde usque ad Saul spatio 300 annorum fuit principatus gentis quindecim iudices, ex quibus soli Othoniel, et Abesan fuerunt de tribu Juda, inde usque ad captivitatem Babylonicam per 473. imperarunt Reges, quorum primus fuit Saul de tribu Benjamin, à captivitate vero usque ad Christum Dominum per 520 annos gubernabatur populus per sacerdotes, qui erant de tribu Levi. — — — — — — —

Quarto: ironia est quaedam species mendacii; sed in sacra scriptura multoties loquitur Deus ironice: ergo. Ma. pat. ex Arist. 4 Ethic. cap. 6.

ex D. Thom.

ex D. Thom. 22. q. 110. art. 3. in corp. probatur. Genes. 3. dixit Deus ironice: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: item Matthaei 9. non veni vocare justos, sed peccatores; quod ironice dictum dicit Chrysost. homil. 33. in Matth. 3 Reg. 22. interrogavit Rex Israel Michaeam dicens: ire in Ramoth Galaad ad praeliandum, an cessare? Respondit Michaeas ascende, et vade prospere, et dabit Dominus in manu Regis. Et Paul. 1. ad Corinth. 4. ironice dixit, jam saturati estis, jam divites facti estis. Et Christus Dominus Joan. 7. dixit discipulis suis. Vos ascendite in diem festum hunc, ego non ascendo; et ibidem dicitur Christum revera ascendisse. — — — — — — — — — — — — — — —

Denique: Deus alios facit errare: ergo decipit, et mentitur: probatur ant. 3. Reg. dicitur Spiritui malo, decipies, et praevalebis, egredere et fac ita. — Et Job 12. qui errare facit eos sicut ebrios. Et ad Rom. 1. tradidit Deus eos in reprobum sensum, ut faciant quae non conveniunt — — —

R. ad 1. non promisisse Deum Cain non esse occidendum, sed solum impune non fuisse occidendum: addidit enim qui occiderit centuplum punietur quod ad impleri cernitur in eodem Capite. — — — —

Ad 2 resp. cum Lyra, quod facta computatione a primo egressu Habraham de terra sua usque ad exitum de Aegipto fuerunt 430 anni; a nativitate vero Isaac 400 anni: ab ingressu Jacob in Aegipto 210 anni. — Ad 3. resp. quod egressus a tempore Aminadab fuit, quo mortuo post ali-

quot

quot menses successit Naason filius eius. — — —

Ad 2. Obiectionem 2° ordine resp. ad 1.m cum Philone lib. 1. Alegor. Deum quievisse: q.a quiescere fecit res in suo esse permanentes, quemadmodum ad Rom. Spiritus dicitur postulare pro nobis, quatenus nos postulare facit. — — — — — — — — —

Ad 2.m resp. q.d Abraham sperabat filium resurrecturum esse, ut in eo Deus promissionem adimpleret de multiplicanda posteritate per Isaac, unde dicitur ad Hebraeos 11. Unigenitus offerebatur: quia mortuum suscitare potens e.t est Deus. — — — —

Ad 3.m resp. sensum illius pro offer esse ego sum Esau n.i in propria persona, sed mystice, et in iure ad benedictionem. ut Math. 11 de Joanne dicitur Elias ipse venit, et si vultis recipere ipse e.t Elias. Neque obstat quod ibi dicitur, venit frater tuus fraudulenter: non fraus, bis minimum materialiter. — — — — — — — — —

Ad 4. resp. illud judicium Josue fuisse humanum, ac proinde fallibile. — Ad 5. resp. Eliseum n. fuisse mentitum: quia n. morabatur permanenter in Dotain, ubi tunc obiter habitabat, sed in Samaria. — Ad 6. resp. quod cum dixit Job. peccavi intelligitur de aliquo peccato levissimo ante illius tribulationem, et cum dixit, neque reprehendit me cor meum intelligitur de peccato gravi in re; quod autem dicitur cap. 1. et 2. in omnibus his n. peccavit Job labiis suis. Cum tamen postea cap. 39 dicat leviter locutus sum. et cap. 40 insipienter locutus sum intelligendum est

q.d

n quod peccasset sed venialiter, sed tx in aliqua habendo speciem mali ex ea remendio cruciarum.
Ad 7m resp. quod lux e substantia solis flamine producta primo die, referum vero sol factus die quarto per recapitulationem, quia idem repetit creatus, ut productio melior, quae fuit 6to die, quae fuit finis omnium dierum. Ad [illegible] facile cum Cayet. conciliari utrumque locum quia [illegible] fuit fuit vocatus Semor - - - - - - - - - - - - - -
Ad 8 resp. quod in arca erat aliqua distinctio ita ut in medio solum essent tabulae, in latere vero virga Aaron, et urna aurea cum Manna. - -
9 resp. cum D. Hyeronimo quod Saram vixit 40 annos et quod 22 annis male regnavit, sicut enim Reg. 13 dicitur puer unius anni erat Saul, cum regnare cepisset, et duobus annis regnavit super Israel cum plures annos regnasset, dicitur duobus annis propter humilitatem, et computantur illi innocentiae illius annis, quibus recte gubernavit. - - -
Ad 10. resp. cum D. Isidoro: quod Abraham non est mentitus, sed usus aequivocatione, quia mos erat hebraeis appellare uxores a maritis sorores, hoc nam propter quam quod erat vere soror Abrahae filia fratris sui, et non mariti. Joseph autem vere dixit quia futura praesidebat ex inspiratione divina. Jacobi autem prophetia impleta est si intelligitur de tribu Juda, id est de gente judaica in 12 tribus [illegible] Ambros. lib. de Benedict. Patriarch. Aug. lib. 18 de Civitate Dei, et etiam Euseb. lib. 1. de Syn. Eccles. hist. cap. 7. - - - - - - - - -

Ad 11 resp. q. ironia, qua fingit aliq. e de se explicat minora, quã de se existimat e peccatũ; ironia vero prout e figurata locutio ut enf. realis quasi a contrario sensu, i. e. licet verba vniꝰ videantur significare aliud tamen sentit, et a se dici significent, hoc ẽ peccatũ, sed ad ornatũ pertinet orationis, et in hac acceptione invenitur ironia in locis cit. . . . in arg.

Ad 12 resp. sensũ illorũ verborũ esse Xpus ñ esset ascensurus palã, et manifeste, sed in occulto, quemadmodum postea ascendit. — — — —

Ad ultimũ resp. loca illic adducta intelligi de influxu per ministerio positiue in errorẽ, sicut dixit Juda quod facis fac citius. — — — — — — —

Arguitur 2.º à ratione: separatur ẽ malitia moralis ab actu mendacij; ergo ñ repugnat Deũ actu per se mentiri, et ꝑ mendaciũ. Ant. p. 1.º Separavit Deus de facto deordinationẽ, seu malitiã furti ab acceptione rei alienæ illã consulendo filijs Israel dum egredientes de Ægypto, Ægyptios spoliaverunt: ergo cũ ñ magis sit intrinseca deordinatio et malitia falso dicto quam acceptioni rei alienæ poterit Deus substantiã actus mendacij separare à culpa. = Secundo, quia potest Deus dispensare in præceptis naturalibus; ergo poterit dispensare in mendacio etiã si lege naturali sit prohibitũ. = 3.º Potest homo agere ꝯa finẽ et institutionẽ naturæ sine peccato: semper enim ac inficeat violẽter aliquid rei naturali agit contra institutionẽ naturæ, et ñ semper peccat; ergo ñ semper ac agitur contra institutionẽ naturæ peccatur; ergo

ne?

neque exeo, q. dissonantia cum conceptu sit contra insti-
tutionem naturae erit semper peccatum. - - - -
4º. Voces quibus Viri Sancti dum mentiuntur
etiam sunt signa conceptus: si voces in occasione fal-
si non perdunt significationem conceptus, non sequitur
quod mendacium sit contra institutionem naturae. - De
hinc propter simulationem veritatis alienum mendaciis fu-
erunt aliqui digni laude, nam obstetrices Aegyptiae lau-
dantur, et meruerunt praemium propter falsum, quod simu-
late dixerunt Pharaoni Exodi 1º. Unde Dominus illis do-
mos aedificavit. Judith etiam cap. 11 laudatur quia Holo-
fernem interfecit dicendo multa falsa, quibus ip-
sum decepit: ergo in his omnibus separatur formalitas
mendacii ab asseveratione falsi. - - - - - - -
Resp. neg. conseq. quia ut ex dictis dicta eliquitur
mendacium non esset in intrinsece malum: quia tamen obiective op-
ponitur perfectioni existenti in Deo, scilicet veracitati, re-
pugnat ab ipso proferri, quemadmodum propter Sanc-
tationem eorum speculativam, etsi inculpabilem producere
nequit. - 2º. neg. resp. ans. ad quin. pro. neg. q.
ab actionibus enumeratis in minori, quae Deus fa-
cere dedignatur, quia verbum cadit supra
materiam debitam, nam occisio innocentis si fiat priva-
ta auctoritate est mala, si vero fiat superioris autho-
ritate illius, qui vitae et mortis est Dominus, licita est.
Ita accipere bona alterius ut aliena fuisset malum,
non tamen accipere illa ut sua, quemadmodum ac-
ceperunt illa Israelitae, ut sibi a Deo donata.
Actus autem mendacii semper cadit supra materiam in-
debitam: quia inaequalitas signorum ad conceptus est intrin-

seca

secus et inseparabiliter a locutione falsa.

Ad 2 respondeo quod in aliquibus praeceptis secundae tabulae potest Deus dispensare dispensatione large sumpta, in eis scilicet, quae prohibent actus per se non cadere supra materiam indebitam, quales sunt actus nuper adducti, non autem potest dispensare in omnibus illis, quae prohibent actus a materia, quorum inseparabilis est deordinatio, et huiusmodi est praeceptum de non mentiendo.

Ad 3. respondeo quod agere Deus in institutione naturae particulariter utendo rebus Deus in institutione naturae, vel ordinando eas ad finem contrarium ei, ad quem ex natura sua debebat ab homine ordinari est peccatum, et cum verba sint ab hoc instituta, ut per illa propriam mentem aperiat, sequitur quod eorum ... ... inseparabiliter deordinatio.

Ad 4. respondeo quod ... non ... conceptus quos intellectus iudicative affirmat de obiecto, quos tamen voces falsae non repraesentant sed alios apprehensivos, qui simul ad mentiendum feruntur ab intellectu. Ad ultimum respondeo ex D. Thom. q. 110. art. 3. ad 2. quod obstetrices non sunt remuneratae ... ... , sed pro timore Dei, et bona voluntate, ex qua mendacium processit. Judith autem ... a D. Thom. laudatur non quia mentita est, sed quia affectum ad salutem populi, vel quia verba eius habent veritatem secundum aliquem mysticum intellectum.

Arguitur 3o veritas indiget aliquo alio ut firmetur ... defectibilis, sed divina veritas indiget aliquo alio ut firmetur ... ad ... confirmationem adducit

jura-

iuram.^tis ut patet ex illo Genes. 22 per me metipsum iuravi, et ex Psalmo 88. iuravi David servo meo. —

Resp. quod ubi Deus iurat, quasi indigens illo ad firmitatem dictis, sed loquitur more nostro, qui locutiones iuram.^to firmamus. — — — — — — — —

Denique posset argui: ex eo quod repugnat Deo inducere errorem tam actualem, quam habitualem, & imo nec illum consulere, atque praecipere, et ex eo quod repugnat doctrinam falsam miraculis confirmare; sed de his stadum non sunt dubia, postquam veritas D. Thomae in secundo sensu posito constet. —

Dubium Secundum

Utrum habitus fidei possit inclinare ad falsum?

Conclusio D. Thomae in praesenti articulo est negativa, est que communis inter Theologos uno, vel altero de medio, et probatur ratione hic praecip. [illegible] ad [illegible] forma deducta. Nihil potest cadere sub fide, nisi quantum stat sub veritate prima; sed sub veritate prima nequit stare falsum: ergo falsum nequit stare sub fide. Consequentia est legitima, et maior est certa, quia nihil subest alicui potentiae, vel habitui, nisi in quantum stat sub ratione formalitatis habitus, vel potentiae; sicut non potest attingi color nisi per lucem et conclusio nisi per medium demonstrationis; sed prima veritas est obiectum formale fidei; ut probatum est supra art. 1. [illegible] cadere sub fide

nisi

nisi in q. statur sub prima veritate: Min. constat ex dictis supra

Resp. Ad. oppositi, obiectum formale fidei esse testimonium veritatis primae abstrahens a vero, et apparenti, seu existimato

Sed contra 1°. non sequitur inde, q. fides non magis inclinaret ad falsum, quam ad verum, vel e converso, et proinde aequo iure dici posset fallibilis, ac vera. Cons. 2. ... sequela p. non testimonium abstrahens a vero, et apparenti est testimonium existimatum, q indifferens est, an sit in re tale, vel solum in existimatione: ergo si fides ex specie sua inclinaret in testimonium existimatum, non magis inclinaret ad verum, quam ad falsum, sed indifferenter se haberet ad utrumque, et determinare solum respiceret apparens testimonium: quia vero testimonium in praed. abstractione esset obiectum formale fidei, cum testimonio praedicto accidat veritas, seu falsitas in re, sequeretur obiectum per se fidei non esse testimonium in re verum, sed aliquid permissive se habens ad verum et falsum: ergo cum talia existendo habitui convenire non possit per se tali, nulla ratione posset fides divina esse, vel denominari infallibilis, vel per se determinate vera

Contra 2°. sequeretur fidem divinam non esse certiorem fide humana; siquidem inniteretur motivo per se fallibili, quemadmodum humana fides. 3°. testimonio divino, quod existimaretur tale esse, potest inniti fides humana, ut patet in Haeretico: ergo illud non sufficit ad fidem divinam. 4°. fides divina innititur testimonio Dei, quod in re est tale: ergo vel innititur illi: q

q. prudenter creditur ee vale, vel q. revera ē testimonium Dei. Si p.um, f. adhuc p se loq.do ē fallibilis: nā prudens existimatio udtime potest ferri in falsū. Si secundū: ergo cū omnes actus fidei moveantur eadē ratione formali, et etiā n moveantur a testimonio Dei ut apparente, testimonium Dei ut apparens nequit esse rao motiva fidei, maxime q. si ille actus fidei niteretur testimonio vero nāre [illegible] sui: q. si testimonium transiret de vero in apparens et mutaretur species credituri, et consequenter n posset permanere idē actus, ut volunt AA. contrarii, dum contendunt circa [illegible] [illegible] potuisse olim ab aliquo continuari actū fidei usq. ad mutationē [illegible]

5.o Virtus intellectualis adhuc generice nequit inclinare ad falsū: hac enim raone, adhuc fides humana, et opinio n sunt virtutes intellectuales; sed fides divina [illegible] est virtus intellectualis ut patet D. Th. in 2a 2ae q. 4. art. 5. ergo fidei divinae [illegible] subesse falsū — 6.o periret certitudo nra fidei, si usq. merito possemus dubitare, utrū ea, quae credimus sint vera, vel apparenter revelata? cū tamen haec propositio Deus ē trinus, et unus n nisi p fidē teneatur; si ex hoc q. aliquid sit de fide n sequitur infallibiliter illud esse verū, n ē unde debeamus illi assensū omnino certū exhibere — — — —

Denique: si sub fide posset cadere aliq. falsū, possemus formidare de veritate rei creditae; sicut hac raone opinio necessario includit formidinē partis oppositae; hoc autē ē impossibile: nā fides divina n solū fert assensū, sed p [illegible] amittitur

Dices: obiectū fidei prout se loq.do n abs-

trahit

trahere à vero, et apparenti; sed per se inclinare determinare ad verum, ut possit fides, licet sit virtus intellectualis, per accidens tamen assentiri falso, quemadmodum metaphisica per se primario inspicit ens verum et secundario et ex obliquo respicit ens apparens, et logica per se primo inclinat ad actus scientificos, per accidens tamen ex parte materiae seu ratione illius potest se extendi ad probabiles, seu opinativos.

Sed non satisfacit haec solutio, quia obiectum specificativum fidei divinae non est testimonium abstrahens à vero, et apparenti, sed est testimonium determinatum verum aliàs militarent inconvenientia adducta. Si est testimonium abstrahens ab utroque, per se non est infallibilis, et certum, siquidem specificativum, quod per se et primo respicit veritatem, et certitudo. Si dicas secundum ergo cum nullus actus possit exire extra latitudinem sui obiecti specificativi fides nil attingere potest nisi sub testimonio Dei, quod verè sit tale, et illo aliquo modo informata; sed testimonio nil subest, nisi quatenus revelatum.

Vº. Scientia, quae est quaedam virtus intellectualis ita fertur in suum obiectum, ut non possit elicere assensum falsum attingendo per deceptionem aliquid vero illicito, ergo fides divina, quae est virtus intellectualis ita fertur, quod nec per accidens ratione deceptionis possit ferri in id, quod revera non est eius obiectum, sed apparet tale.

Exempla vero in contrarium adducta facile diluuntur: metaphisica enim attingendo ens rationis non iudicando esse ens reale, posito removet ab eo veram entitatem, per attributionem ad verum ens; unde ex hoc nil falsitatis subest. Si

autem

aut fides falsum attingeret, iudicaret, ibi esse aliquod obiectum
scilicet revelationem, quae vera non esset, et re verdiz non attinge-
ret ultimum, perdiret ad summum obiectum, scilicet revelationem quae-
que: implicat enim verum esse specificationem actus sine
vero specificativo, quamvis illud [illegible] in [illegible]
re. Logica vero, et qualibet alia Scientia, ut potentia
est intellectualis non potest elicere ex secundario habitus,
vel actus opinativus, quod procul dubio probat ratio [illegible]. Ita
Sic in [illegible] sed contra. Nihilominus gratis admi-
so [illegible] [illegible], et fide divinae sic disparitas, quod
ratio cur aliqua in logica est abstractio, sed quia non repu-
gnat cadere falsum, vel est principium in quo non [illegible] proba-
biliter contineri falsum, vel divina [illegible]
[illegible] principij contingentis; ratio vero [illegible]
divina veracitas immediate revelantis, sub qua
aliquid falsum contineri omnino repugnat — — —

Sec. ergo Deluro: implicat, quod Deus sit cau-
sa alicuius assensus falsi per se, et positive; sed cu-
iuslibet assensus fidei divinae utpote supernaturalis De-
us est causa particularis, et per se: ergo assensus
fidei divinae nequit esse falsus. Min. est certa pa-
tet et Maior constat ex infra dicendis —

2° Sequeretur, Prophetiam posse inclina-
re ad falsum, et contra est, quod Propheta aliquid ut
futurum praenuntiat spiritualiter, et pro Prophetico illi-
co illi fides adhibenda foret — — — — — — —

Solvuntur argta

Arguitur 1°. Si alicui Rustico proponeretur
sub praecepto aliquid falsum credendum fide divina,

sub

sub illis motivis, et circumstantiis, sub quibus res verè ad fidem pertinentes solent proponi prudenter existimaret illud esse de fide: ergo poterit circa illud elicere assensum fidei divinae. Probatur consequentia: tenetur sequi dictamen propriae conscientiae; sed haec dictat illud esse credendum fide divina: ergo tenetur, ac proinde fide divina credere.

Secundo: ex vi talis conscientiae licet erroneae, urgeat praeceptum, quod reputatur existere; sed illud praeceptum non potest aliter adimpleri, quam credendo fide divina: ergo si dictat conscientia sic, et nunc instare praeceptum credendi, tenetur sic, et nunc credere, esto in rei veritate tale praeceptum non sit: ergo si dictat hoc obiectum esse credendum fide divina, tenebitur credere, esto tale obiectum non sit revelatum; ac proinde etsi non sit praeceptum credendi ipsum — — — — — — — — — — —

Tertio: si simul cum illo falso proponeretur credendum aliquid aliud verè revelatum, illud posse fide divina credi, ergo etiam obiectum non revelatum. Patet consequentia: quia fides est motivum movens ad assensum, et quando est ex parte credentis non est sufficiens ratio cur unum credat potius quam aliud: quia si haberet maiorem certitudinem divinam quam de alio, illam haberet irrationabiliter et incommode: ergo eadem certitudine et eadem fide posset, et deberet credere utrumque — — — — — — — — — — — —

Respondetur admisso antecedente negando consequentiam: quemadmodum obiectum quod non est, et existimatur revelatum, non est revelatum: sed existimabile fidei divinae: Deus enim concurrit ad specificationem actus per modum causae naturalis, cuius concursus suppleri nequit per apprehensionem; unde est quantumvis aliquis existimet conclusionem aliquam

e x

esse evidenter, si in re falsa sit, de illa non habebit scientiam et quamvis Haereticus existimet se assentiri per fidem aliquibus misterijs omnino fallitur.---------

Ad 1. prob. dist. mai. tenetur sequi dictamen rectum concedo; erroneum subdist. mai. si proponat aliquid in re possibile, concedo; possibile tantum in existimatione, in re vero impossibile nego mai. et dist. min. dictat recte, nego; erronee, et proponendo aliquid in re impossibile concedo min. et neg. cons; unde tenetur eliceret assensum, quod apparet non sit fidei.------

Dices. si obiecto ita proposito dissentiret quis esset Haereticus: ergo assensus ad quem tenetur est assensus fidei. = Resp. dist. ant. esset Haereticus, quia directe dissentiret obiecto nego. quia virtualiter destrueret primam veritatem, quam credebat huic obiecto applicari, concedo ant. et nego cons. inde assensus fidei constituatur duo scilicet pia affectio voluntatis, et assensus intellectus, ad positionem requiritur utrumque, ad destructionem vero sufficit alterutrius illorum destructio, et cum stante conscientia erronea destrueretur per dissensum pia affectio voluntatis, consequenter destrueretur fides, quae ab illa in sui conservatione dependet; cum vero per praedictam conscientiam non ponatur vera revelatio, a qua fides specificatur, non ponitur assensus fidei.------------

Ad 2. prob. dist. ma. instat vere, nego; in existimatione; concedo ma. praeceptum vero, quod instat in rei veritate praeceptum non est credendi quia revelandum dicitur, sed praeceptum se conformandi conscientiae et sua adimpletione eliciendo assensum, qui creditur esse fidei

divinae

divina et si revera pertinet ad fidem humanam ———

Et si opponas: existimans prudenter existere praeceptum supernaturale dandi eleemosinam pauperi aliquis ficto posset implere illud praeceptum misericordiae supra naturalis et existimans se teneri ad aliquid credendum fide divina quod revera non est revelatum deberet cum pia affectione supernaturali ipso pariter credens aliquid esse a Deo revelatum posset illud credere fide divina, maxime cum fidem alia praeter divinam piam affectionem non requirat. ———

Resp. ex D. Tha in 3 ejus solutione ad 1m virtutes morales perficere appetitum cujus objectum est bonum, et non verum; bonum autem consistit in conformitate ad rectam rationem, et cum recta ratio dictet conscientiam sequendam, et si errantem, fit inde quod largiri eleemosinam pauperi, qui talis existimatur, sit conforme rectae rationi, et consequenter bonum, unde circa illud potest virtus versari. Virtus autem intellectualis perficit intellectum cujus objectum est verum, et ideo totaliter excludit falsum quod consistit in defectu conformitatis cum esse, vel non esse rei, et ideo fides quae est virtus intellectualis minime potest ad falsum inclinare. Idipsum dicendum est de pia affectione virtutis supernaturali, quae licet regulariter, et per se loquendo ad actum fidei divinae requiratur, per accidens tamen ex errore, hinc convenit de necessitate ei non opponi =

Nec valet si dicas. Prudentia est virtus perficiens intellectum, et tamen potest inclinare ad falsum, ut patet in nostro casu, in quo prudentia indicat vera

illud

illud esse à Deo revelatum, quod vere revelatum non sit, et prudenter existimaturi hanc numero hostiam esse consecratam, licet hujus modi judicium possit subesse falsum; ergo disparitas quoad excludendum falsum inter virtutes spectantes ad intellectum, vel voluntatem non subsistit. =

Resp. aliqui: praedictos assensus non esse prudentiae supernaturalis, et infusae, sed naturalis, cui non repugnat subesse falsum. Haec tamen solutio facile praecluditur: nam prudentia naturalis est vere virtus intellectualis, ergo si illi non repugnat inclinare ad falsum, eodem modo fides virtus intellectualis per se non inferret Deum. Ita illi nec per accidens posse subesse falsum — — — — — —

Resp. alii: Prudentiam esse virtutem sufficientem ad practicum, et excludere falsitatem ibi operantem, non vero falsitatem speculativam, et actus illi sint practice veri, speculative tamen speculative prorumpat à prudentia. — = Haec tamen solutio, ut explicatur sustineri nequit: nam cum qualibet virtus adaequate causetur a Deo, si actus saltem speculative falsus posset à virtute procedere, posset etiam causari à Deo =

2º quia si daretur actus supernaturalis speculative falsus, ac proinde ad errorem speculativum posset Deus ut causa supernaturalis concurrere. = Ita nam posse nemus dicere de fide, quae ea parte, qua practica est posset elicere assensum speculative falsum. =

Est ergo legitima solutio: Prudentiam inclinare ad veritatem practice, ita tamen ut falsitas speculativa, vel actus speculative falsus, ab ea minime procedat venire in praedictis actibus judicium, quo judicat hanc hostiam esse consecratam, vel hoc esse à Deo revelatum non esse à prudentia; cum ad ipsum non pertineat indica-

re de esse, vel n esse rei, sed à prudentia dirigitur alterum iudicium, quo praecipit, et regulat talem assensum circa talia obiecta: cum q. dicitur prudenter existimatur Hostiam esse consecratam intelligitur prudenter directive, n elicitive, idest, prudentia dictat talem existimationem esse habendam, illa tamen n e actus prudentiae, et prob. nam actus prudentiae sunt consultatio, consilium, et praeceptum; sicut priorum nullo dirimitur illud iudicium. —

Instabis: in istis reddit consultare iudicare hanc Hostiam esse consecratam; sed hoc negatur prudentiae: ergo et primum, vel utrumque concedendum. Mai. patet: nam eandem falsitatem habet actus directus, et reflexus;* consultare enim iudicare e iudicare taliter esse iudicandum. Item etiam: nam ad minus iudicium dictans hanc Hostiam esse adorandam e prudentiae supernaturalis, cum per illum regulentur actus supernaturalis religionis; sed illud e falsum speculative ergo. Imo ille actus, quo iudicatur hanc Hostiam esse consecratam, qui ponitur qui ponitur falsus aliquo regulat religionem, e ille supernaturalis sicut ipsa virtus, quam regulat. —

8 Resp. neg. ant., ad prob. resp. q. d. q. iudicium reflexum affirmat veritatem, vel falsitatem directi utrumque e verum, vel falsum, si autem reflexus affirmat conformitatem directi cum recta ratione potest directum esse falsum, et ipsum e verum: quia licet à directo deficiat conformitas cum re, in quo falsitas eius consistit, n tamen deficit conformitas cum recta ratione, q. solum desiderat reflexum ad sui veritatem: si autem reflexum affirmat iudicium esse verum, sed illud e verum reicum,

* s. illi actus tantum distinguuntur directi, et reflexum:

et conformem rectae rationi; iudicij vero dictantis, hoc dignum esse nunc adorandum, fatemur esse prudentiae superioris, et naturalis, caeterum illud nec materialiter esse falsum: quia verum est, hoc dignum, de qua prudenter existimatur esse consecratum, debere sic, et nunc adorari quidquid de veritate, aut falsitate speculativa talis existimationis: actus vero, quo iudicatur hanc hostiam esse ... adorandam ... ex principijs, quorum ... antecedentia, et ... conditionalis; ... quod sit supernaturalis.

Ad 3. ... quod in 1.o casu fidelis habet ... obiectum specificativum, ... ferri ..., et ... antecedentia ...; in sec.o vero deficit obiectum ... fidei.

Ad 4. Resp. quod ad assensum fidei sufficit et requiritur revelatio modo debito proposita, ... debite proposita, leviter credentia; si vero deficit revelatio, deficit specificativum: igitur ... utrumque conveniat; ... alterius, ideo unum, et non aliud, ... de divina creditur: quia licet ... antecedentia, et ... conditionalis praevie inducens, scilicet propositio sit idem, proximum tamen et formaliter concurrens ad assensum ... diversum. — Nec refert hanc diversitatem ... a credente: id enim suppletur ex inclinatione habitus, qui supposita propositione, hoc sibi obiectum ... vendicat, nec est quid novum in actibus supernaturalibus ... ... motivum nat. et supnat.

dolo-

doloris de peccato, et dilectionis Dei, et sic diversimode movearmur ad unum prae alio amore, vel dolore habendum.

Secundo arg. virtus non itaur infallibiliter rectificat pom, quia per se in ordine ad obiectum proprium, qui non potest aliquando deficere et saltim per accidens ad falsum inclinare: ergo ex quo habitus divina sit virtus non sequitur, quod non possit ipsi saltem per accidens infundere vel inclinare ubi falsum. Ant. prob. nam virtus intellectualis potest ad falsum inclinare ut patet in Philosophia, quae inclinat ad assensum huius, quod pori in vere sunt dominium, quae aliquando redditur falsa. Et in logica, quae inclinat ad assensum huius universale est praedicabile, quae falsificatur quando ponitur intentio universalitatis et intellectus non considerat praedicabilitatem. Et similiter haec conclusio scientifica est: homo est risibilis, et tamen in casu separaret risibilitatem ab anima potest posse divinitus fieri, communiter censetur, talis propositio non est vera: ergo virtus intellectualis non rectificat intellectum infallibiliter in ordine ad verum — — — — — —

Sic virtus moralis potest inclinare ad malum: quia potest quis sperare per virtutem spei propter vanam gloriam in his in quibus non appareat. Item quia potest alicui imponi praeceptum de non sperando, qui proinde sperando peccaret.

Tertio: quia non minus virtus generativa hominis est determinata ad productionem hominis, quam virtus intellectualis ad attingendum verum; sed potentia generativa hominis potest per accidens ex defectu materiae producere non hominem, scilicet monstrum: ergo virtus intellectualis potest aliquando per accidens concurrere ad actum falsum — — — — — —

Quarto: quia affectio est virtus spei et fidei similiter

tradem

tatem, et tamen inclinari potest ad malum, ut quando quis credit ob vanam gloriam: ergo potest virtus inclinare ad malum obiectum, oppositum potentiae, quam perficit. = Sic ideo prudentia, etsi resideat in intellectu, potest non excludere falsitatem speculativam: quia versatur praecipiendo circa bonum, nempe circa obiectum virtutum moralium; sic etiam fides, etsi residentur in intellectu versatur assentiendo circa obiectum piae affectionis, quod est bonum: ergo potest non excludere falsitatem speculativam: quod enim fuerit specificativum piae affectionis, erit etiam sufficiens obiectum fidei.

Confirmatur quod movet revelatio apparens a fortiori movebit revelatio vera: si quidem assentiens ille quatenus est extendit ad revelationem vere existentem, licet per accidens propter deceptionem illi non innitatur: ergo potest revelatio vera movere ad assensum, ad quem movet revelatio existimata; sed assensus, ad quem illa moveret esset fidei divinae: ergo est fidei divinae assensus, ad quem ita movet. =

Confirmatur 2o. Assentiri propter testimonium Dei ut existimatum non convenit humanae fidei, haec enim solum movetur a testimonio hominis cognito ut tali: ergo assensus praedictus est fidei divinae. = Testimonium motivum credendi in praedicto assensu est aliquid supernaturale: ergo pro illo non sufficit fides humana. Antecedens probatur tum quia proponitur ut existens supra totam naturam, sed constituit in esse obiecti quatenus credenti proponitur: ergo in esse obiecti est formaliter aliquid supernaturale. Tum 2o quia quando voluntas tendit ad bonum apparens non apprehensio, sed bonitas realis, est quae voluntatem movet: ergo quando intellectus tendit in testimonium apparens, non existimatio, sed testimonium supernaturale erit motivum assensus; eo quod ratio formalis assensus credendi non est existimatio, sed testimonium. Tum quia

in

in revelatione ad illum assensum movet divina veracitas: credi-
tur enim tunc quia Deus est summe verax: quod motivum est su-
per natle.

Deniq. falsum materialiter non excludit fidem,
nec illi opponitur: quo bene potest fidei divinae, et theologi-
cae falsum subesse.

Resp. neg. ans, ad cuius prob. resp. in Phia
demonstrativam esse doctrina regularitata, et ut in plu-
rimis, sive attendendo ad cursum naturalem rerum, et earum
dispositionem, quae nunquam reddidit falsum. Similiter in
Logica inferetur universale est praedicabile, sed hoc non
denotat actum existentiae, sed connexionem, et exigentiam quae
nunquam potest ab universali separari. Idemque dicendum
est de illa ppe homo est risibilis; esse scilicet necessarium; ita
ut naturaliter loquendo aliter se habere non possit, ut in
simili docet D. Thos. de hac ppe mortui resurgunt
quia solum prout sic est scientifica, scilicet inde, quod scien-
tia prout sic non potest subesse falsum.

Dices: cum infertur hominem esse risibilem non fertur
esse radicaliter risibilem, hoc enim est essentia, et prius non
concepto, et uno proprietas demonstrata; sed infertur esse ri-
sibilem proxime, et formaliter, sed hoc potest ab hoc se-
parari: ergo talis conclusio potest falsificari.

Resp. inferri hominem esse formaliter risibilem connexive
et exactive, et secundum causas naturales, id est potentiam proximam ri-
dendi taliter connecti cum essentia hominis, ut ab illa sepa-
rari nequeat, hoc autem nulla ratione potest non esse verum.

Ad 2. ant. prob. resp. virtutem moralem nec per se
posse ad malum, nec per accidens inclinare, ut constat ex
D. Thoma 1.2. q. 55. art. 4. eo quod in eius diffe. dicitur

quo

quod illa nemo male utitur, et q. n solum reddit male habentem, sed et bene reddit eius opus. Ex quo patet qualiter p spem theologicam n possit aliq. sperare propter vanam gloriam: q. cum spes, et qualibet alia virtus partis appetitivae respiciat honestum sub ratione honesti nequit vitiari circumstantia pravi finis, qualis est inanis gloria; si vero p meretur praeceptum de n sperando posset quis sperare potentia antecedenti, et in sensu diviso, n potentia consequenti, et in sensu composito praecepti, videri peccaret sperando: q. n daretur in illo potentia ad coniunctionem actus spei cum eius prohibitione q. scit, repugnat talis coniunctio; sed daretur potentia ad actum spei sec. se, quod sufficit ut possit cadere sub praecepto, ut solet dici circa praeceptum impositum Xpto Dño. 3. p. q. 15. a. 1. =

2o. resp. disparitatem, et repp. contra disparitas in eo consistit, q. illa circumstantia n destruit obiectum spei et ideo n repugnat cum spe; falsitas autem destruit obiectum fidei, siquidem cum divina veracitate stare nequit, et ideo excluditur per fidem. ————————

Ad 3. resp. ad 2. q. q. Deo producit monstrum n pertingens ad speciem hominis, hinc n generat, sed se habet p modum disponentis materiam, vel p modum causae instrumentalis alicuius causae superioris, quae ad productionem illius operatur, quod patet nam aliquando contingit huius monstra esse perfectiora secundum speciem, ut videre licet in mulo ab asino, et equa genito. Constat autem ad effectum excedentem n nisi p modum instrumenti posse causam efficientem concurrere =

Secundo resp. disparitatem inter regenerativam, et fidem: quia illa est potentia, ac proinde indi

Ferens

ferens ut producat effectum, quem per se primo aspicit vel ut ab illo deficiat. Fides autem est virtus determinans ad attingendum verum, quo perficitur intellectus. —

Ad 4. resp. quod propter hoc argumentum tenent aliqui, actum fidei divinae non posse elici propter inanem gloriam, propterea quod supponit piam affectionem, cui quia virtus est partis appetitivae repugnat vitiari a fine; nihilominus oppositum est probabile inter Thomistas, secundum quibus dicendum est, quod quemadmodum actus piae affectionis etiam si residat in voluntate, hoc habet inter ceteras virtutes peculiare, quod manet sine charitate, eo quod est veluti quaedam inchoatio ad fidem, cuius leges sequitur, sicut dispositio legem formae ad quam disponit, ita licet sit in parte appetitiva hoc habet speciale, ut possit vitiari: quia sequitur modum fidei propter quam datur, et cuius actibus non repugnat elici propter vanam gloriam. — — — — —

2º. resp. quod licet quis credat ob inanem gloriam, non sequitur, quod actus piae affectionis debeat vitiari, et tunc affectus ad vanam gloriam, et si se teneat ex parte finis actus credendi, tamen concomitanter se habet ad piam affectionem. Haec autem movet ad credendum quoad specificationem; ille vero affectus movet ad credendum quoad exercitium. — — —

Ad 5. resp. 2do quod Prudentia versatur circa bonum sub ratione veri, cum haec sit generalis ratio virtutum intellectualium, sed quia illud verum practicum non excludit falsitatem speculativam: non enim iudicat rem esse, vel non esse, sed hoc bene fieri, vel non. Unde admittit falsitatem antecedenter in iudicio directo dictante rem esse

vel

vel n ee, n vero in proprio actu etiam materialiter; fides autem contraria circa bonum sub ratione veri assentiendo, vel iudicando de esse, vel n esse verum; unde illi nullo modo potest subesse falsum - - - - - - - - - - -

Dices: Prudentia n solum dictat esse adorandum Sacr. Hostiam, sed esse iudicandum de illa esse rite consecratam quod dictat, et praecipit falsum, q n est maius inconveniens in uno, quam in altero. Unde si Deus posset praecipere, posset et causare errorem - - - - - - - - -

Praeterea: Prudentia dictat hic, et nunc in casu nostrae disputationis esse credendum fide divina, q est falsum quod patet alicui actui Prudentiae subesse falsum - - -

Respondetur q Prudentia dictat iudicandum de re iuxta regulas rationis, et circumstantias occurrentes, unde praecipit illud iudicium quatenus est practice verum, et conforme illis, quamvis materialiter sit falsum; n tamen censetur falsum praecipere propter appellationem huius verbi praecipio significantem actum animae internum; inde tamen n sequitur posse elicere actum materialiter falsum: quia cum actus ille sit deficiens, et illius defectus nulla possit assignari causa praeter potentiam elicientem tribueretur error prudentiae, et eius inclinationi. - - - - - - -

Similiter n dictat prudentia hic et nunc esse credendum fide divina, sed sequendum esse conscientiam, et credendum esse ita ut illi satisfiat, et hoc verum est, ad quod et tenetur homo: sicut cum conscientia erronea dictat esse mentiendum, prudentia n praecipit mentiri, sed praecipit conformitatem cum conscientia in quo nulla est falsitas. - - -

Ad 1. Confirmat. dist. ans movere attenta praeparatione animi, et pia affectione voluntatis, concedo,

attenta

attenta inclinatione habitus, quo de facto assentitur intellectus, neg. ans. quia circa revelationem existimatam assentitur voluntas eadem habitu, quo circa veram: in illis vero non sic quia circa primam dirigitur per fidem, circa alteram per humanam fidem. — — — — — — — — — — — — — — — —

Ad 2.um confirm. dist. ans. fidei humanae, quae talis nuncupatur per ex contra positionem ad divinam, nego; fidei humanae stricte sumptae, quae talis dicitur: quia hominis testimonio innititur, concedo ans. In praes. enim nomine fidei humanae intelligimus assensum, qui innititur motivo fallibili, quale est testimonium humanum, sive proprium iudicium, sicut assensus, quem praestaret quis revelationi existimatae innitens iudicio proprio, et si invincibiliter erroneo; Unde esset fidei humanae, et si motivum non esset testimonium hominis, ut tale creditum. — — —

Ad 3. neg. ans. ad prob. neg. mi. neque ex hoc quod proponatur supra vires naturae, solum sequitur quod apparentia seu in existimatione sit supernaturale; bonitas autem, quam praetendas quaerit vera, et realis bonitas est, et falsitas, vel apparentia consistit in eo, quod apprehenditur esse, ubi non est. Unde D. Thomas 1.2 q. 7. a. 8, et q. 1. art. 7. ait, omnes homines etiam dum peccant appetere beatitudinem, id est, reale satiativum appetitus, licet illum quaerant ubi inveniri non potest, in quo consistit defectus; assensus autem propter testimonium existimatum non innititur vero testimonio, unde e converso similis ratio — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Ad id vero quod additur, divinam veracitatem movere ad talem assensum, respondetur quod veracitas divina non sola influit in assensum fidei, sed simul et indivisibiliter cum actuali revelatione, qua deficiente omnino deficit influ-

xus

rus divinæ veracitatis, Unde sicut in rei veritate illeni in-nititur revelationi ita nec veracitati: neq in tantum non recre-ditur de veracitate, in quantum credentur dictis eius: quia si dic-tis eius non credit sed proprio iudicio, nec innititur divinæ veracitati, quantumvis existimet, quod illi innititur. - - - -

Ad 4. resp. quod falsitas speculativa invincibilis non destruit fidem, et tamen ab illa non potest procedere: quia a fidei sicut a quocumque alio habitu non solum non potest procedere quod il-li opponitur, sed nec potest ab illo oriri, quod non cadit sub eius ratio-ne formali. - - - - - - - - - - - - - - - - - -

3.º arg. non requiritur quod sit verum omne id ad quod fides inclinat: ergo potest illi subesse falsum. Ant. pr. quia id ratio-ni fidei non convenit, siquidem voluntatis, et intellectus obiecta sunt verum et bonum, et tamen non requiritur quod quidquid attingunt intellectus, et voluntas sit bonum, et verum, sed sufficit quod illud sub ratione veri, et boni attingant: quia ex obiectum fidei sit verum non sequitur non posse attingere falsum sub ratione veri. - - -

2.º Ex duabus præmissis recte dispositis altera de fi-de altera falsa, in hoc syllo scilicet, Nullus homo est visibilis Christus est homo: quia non est visibilis, concessis præmissis minor quæ est de fide concurrit ad assensum dicti quo nunc fides saltem mediate concurrit, et inclinat ad falsum. - -

Sexto: Assensus, quo Hæbreus ante Christi na-tivitatem credebat Christum esse nasciturum erat fidei divinæ; sed ille poterat continuari post quam natus est, dum latuit nati-vitas: ergo tunc fides ad falsum inclinaret. - - - - - -

4.º Si repugnaret assensui supernali falsitas seque-retur concedendum esse creaturam ab æterno inanihilabilem; consequens est falsum: quia id ex quo sequitur. probatur sequela. Casu quo Deus revelaret se numquam esse annihilaturum talem assen-

sum

sub Oe. visionem beatam, et quod per eandem Beatus assentiatur reve-
lationi, non talis assensui repugnaret falsitas; verum si Deitati re-
sistum, falsificaretur: quod repugnat Deitati, vel annihilari.

Respondeo negando antecedens ad 1 prob. resp. neg. cons.
quia intellectus, et voluntas sunt potentiae, potentiis autem non repugnat
indifferentia ad recte, vel defective attingendum suum objectum
fides autem est virtus, et virtuti determinata convenit inclina-
tio ad rationem formalem per quam sit attingentis perficitiva potentiae
in qua residet — — — — — — — — — —

Ad 2. respondeo quod ex hoc quod Christus sit homo solum se-
quitur quod Christo conveniant ea, quae sunt hominis, et ad hoc inferen-
dum determinatur intellectus per illam propositionem; sed quia impa-
ssibilitatis falso creditur pertinere ad hominem, ideo inde
infertur talem negationem homini convenire: totus ergo defectus
provenit ex maiori falsa, et utraque praemissa concur-
rit ad conclusionem, sed diversimode: nam maior concurrit
ad determinationem falsitatis, minor vero determinat in-
tellectum ad concludendum de Christo quae sunt hominis; si autem falso
existimatur aliquid ad hominem pertinere, quod revera non per-
tinet, ille defectus aliunde provenit; et hac ratione non
inconvenit fidem concurrere ad assensum falsum: nam etiam
Deus sua actione cum conscientia erronea concurrit
ad falsum pro materiali. — — — — — — —

Ad 3. respondeo quod ille actus post Christi nativi-
tatem desinebat esse fidei divinae, quia determinatio tem-
poris futuri tunc non pertinebat ad fidem, sed ad humanam
conjecturam, cui potest subesse falsum; nec obstat videri
eundem actum: quia decipitur intellectus, nec mirum cum circa
faciliora, scilicet sensibilia passim decipi contingat. —

Ad 4. respondeo neg. sequelam ad prob. dist. mi. si

ani=

anihilaretur ex suppositione decreti, et revelationis facta, concedo, absolute, nego omni. q.a Ut anihilatio essentialiter repugnaret non sufficit, q.d ex aliqua suppositione libera, et accidentali repugnaret ———

Nec valet si arguas: Si ex suppositione libera decreti creandi Angelum repugnaret ipsi anihilatio esset incorruptibilis essentialiter: ergo visio esset essentialiter indestructibilis, si ex suppositione ipsi repugnaret destrui. Nam neg. cons.: q.a cum suppositio creationis non addat aliquid supra substantiam angeli productam, si supposita creatione repugnaret ipsi anihilari proveniret repugnantia ex ipsa substantia Angeli; caeterum suppositio revelationis addit aliquid supra visionem iam factam, quae accidit visioni iam productae, et inde repugnantia non provenit a visione, sed ab eius immutabilitate ———

Dices: talis assensus essentialiter respiceret ut obiectum revelationem de sui perpetuitate: q.o illi non accidit suppositio decreti de non destruendo illum. ———

Resp. neg. ant. q.a revelatio de perpetuitate alicuius rei supponit illam; obiectum autem specificativum nequit supponere assensum, quem specificat, ac proinde nequit assensus specificari a revelatione suae perpetuitatis. Dum: q.a decretum de conservando illum assensum vel est liberum in Deo, vel necessarium? Si primum: ergo potest non conservare, et non esse talem revelationem stante assensu: q.o ab illo non sumit speciem. Si dicatur 2um: non alia ratione potest esse necessarium, nisi q.a ille assensus exigit: ergo supponitur assensus, et illius specificatio: ergo numquam

illud

illud deceret posse esse objectum primarium et essentiale talis assensus — — — — — — —

Dubium III.

Utrum Deus sit causa per se influens in errorem?

Notandum est primo quaestionem de causalitate divina in errorem posse duplici sensu excogitari, scilicet, vel de causalitate physica, vel de causalitate morali. Causa physica est quae per propriam virtutem, et influxum producit effectum. Causa moralis est, quae imperio, praecibus, aut consilio concurrit ad hoc ut effectus producatur: ut quando minister imperio Judicis occidit aliquem, Minister est causa physica, Judex vero causa moralis illius occisionis — — — — — —

Secundo notandum est Deum aliquando concurrere per modum causae primae, et generalis, aliquando vero per modum causae primae, et generalis, aliquando vero per modum causae particularis. Primo modo concurrit cum producit effectus media causa secunda ad id ex natura sua destinata. Secundo modo concurrit quando producit effectum, vel se solo, vel medijs causis secundis, quae alias insufficientes erant ad talem productionem illas tamen elevat, ut per vires superadditas, et inde sibi virtutem effectum attingant, ut quando concurrit ad supernaturalem dilectionem Dei elevando voluntatem per habitum Charitatis, vel ad gratiam sacramentalem elevando res

sen

sensibilis, et virtute sacramentalem - - - - - - - - -
Tertio notandum est: aliquas esse formalitates, quae per se terminant causalitatem divinam, et quas Deus positive producit, alias vero, ad quas Deus permissive concurrit. Exemplum est satis commune in peccato comissionis, et in habituali, quorum entitatem positivam positive, et per se Deus producit, rationem vero malitiae, et deformitatis Deus tantum permissive se habet. Dubitatur ergo in praesenti, an formalitas erroris talis sit, ut per se sit terminus divinae causalitatis, an potius resultet in actu ratione inclusi Deo permissive se habente - - - - - - -
Denique notandum est, errorem esse in duplici differentia, alius est actualis, id est, actus falso enuntians rem aliter esse ac est in re, alius est habitualis, id est, habitus inclinans ad iudicandum falso de rebus. De utroque procedit quaestio, an illum possit Deus per se, et positive producere; et licet apud nos certum sit, potentiam vitalem aperte non posse pati actus a se non elicitos, sed pure receptos, ut tamen aditus ad praesentem difficultatem pateat; damus, nec concedimus posse Deum praedictis potentijs actus, quibus operentur infundere, et inquirimus an in errore aliquid speciale reluceat, quod impediat ipsum a Deo infundi, licet nihil sit in alijs actibus divinam prohibens infusionem? - - - - - - - - - -
Tenuit partem affirmativam Vazquez 22 disp. 90 num. 11. et 12. et 3 p. disp. 62. num. 59, quem secuti sunt Torres 22. disp. 3. dub. 4. Ripalda tom. 1. de ente supernaturali disp. 39. num. 15. et disp. 56. num. 2. et 12. Oppositum tamen docentur unanimi consensu thomistae cum Bañez, Aragon, Lorca, et Valentia. et alij extra

scho-

scholæ D. Thæ, iuxta quorum doctrinam sit — — —

Prima Conclusio

Deus non est caussa per se erroris actualis, nec ad illum ut talem concurrit concursu generali, videlicet cum creatura. Prob. 1. Deus est summa sapientia: ergo non potest esse per se caussa erroris. Prob. cons. quia Deus est summe bonus nequit esse per se caussa malitiæ: ergo quia summe sapiens nequit esse per se caussa erroris. — Secundo: Deus non producit quod est simpliciter imperfectum ex nullo capite importans perfectionem; sed error in quantum talis est simpliciter imperfectus nullam dicens perfectionem: ergo a Deo per se improducibilis est. Maior videtur certa quia quodcumque per se producitur a Deo ea ratione, qua ab ipso producitur est effectus, et non defectus, ac proinde perfectio, et non imperfectio. Minor autem prob. nam error, ut talis, talis est, ut in unoquoque re melior sit non ipse, quam ipse: ergo est imperfectio simpliciter nullam dicens perfectionem — — — — — — —

Tertio: Deus vult, et diligit quidquid per se producit; sed errorem ut talem minime diligit: ergo errorem ut talem non producit. Mai. constat ex illo Sap. 11. Diligis n. omnia, quæ sunt, et nihil odisti eorum, quæ fecisti. min. vero prob. tum quia error quilibet opponitur divinæ sapientiæ: ergo Deus diligens summe suam sapientiam nullo modo diligit errorem. tum quia diligi non potest nisi bonum; sed error ut talis nihil boni habet; nam sicut veritas, vel scientia nil habet mali, quia nulli est mala, sed in quolibet est melior ipsa, quam non ipsa, ita falsitas nil habet boni: quia nulli est bona, et in quolibet melior est non ipsa, quam ipsa: ergo errorem ut talem Deus non diligit. — — — — — — — — — — — — —

Quarto

Quarto: Deus nequit producere q. in ipso nec formaliter nec virtualiter continetur; sed error quà talis, nec formaliter nec virtualiter in Deo continetur: ergo nequit Deus illum producere. Mai. ẽ evidens: nam effectus debet in causa aliquo modo præcontineri. prob. mi. q. in Deo solum perfectiones continentur, formaliter quidem perfectiones, quæ formaliter sunt tales, virtualiter vero perfectiones secundum quid, id est, perfectiones habentes admixtam aliquam imperfectionem; sed error n. ẽ perfectio nec simpliciter, nec secundum quid: ergo tum q. Deus n. minus ẽ sapiens, quam bonus; sed ratione suæ bonitatis n. continet ullo modo malitiam: ergo ratione suæ sapientiæ nullo modo continet errorem. — — — — — — — —

Præterea: q. in perfectione formaliter tali nequit imperfectio opposita virtualiter contineri, sicut calor nequit virtualiter continere frigidum: ergo nec potenit scientia virtualiter continere errorem, aut veritas summa falsitatem. Quod manifestis explicatur assensus, vel præmissæ veræ n. possunt continere, nec causare effective conclusionem falsam; unde communiter dicitur ã Dialecticis cum Aristotele ex vero n. nisi verum concluditur: ergo q. Deus summa, et prima veritas ẽ nequit continere, nec effective per se concurrere ad falsitatem. — — — — — — — — — —

Sed dices: rationes istæ n. urgent. Primo malum physicum, v.g. mortem, aut cæcitatem Deus vult proprie; et tamen mors, et cæcitas sunt defectus nil perfectionis habentes: nam in quolibet meliores sunt n. ipse, q. ipsa: ergo poterit Deus causare errorem, provt talem, licet nil perfectionis habeat. Mai. ẽ certa. dicitur ex illo Reg. 2. Deus mortificat, et vivificat. dicitur q. mors, et cæcitas sunt mala pœnæ, quarum Deus solet infligere ad punitionem, vel ad augmentum

me.

merit, mala autem poenæ sunt à Deo volita Xª. D. Thom. 1. p. q. 49. art. 1. et 2. — Secundo: mors continetur virtualiter in Deo, esto Deus sit summa vita: ergo nil prohibet errorem contineri in Deo, quamvis summa sapientia est. — — — —

Tertio: facere malum in alio, vel cum alio est malum; efficere vero errorem cum alio, vel in alio non est error: quia esto Deus sit causa per se erroris non sequitur in Deo error destruens illius scientiam; si tamen esset causa malitiæ sequeretur in ipso malitia destruens illius bonitatem: ergo stat bene quod quia bonus est non possit causare malitiam, et tamen quod possit causare errorem, quamvis sit summa sapientia — — — — — — —

Resp. disting. min. mors, et cæcitas formaliter, concedo min. sumptæ fundamentaliter, nego min. quia licet mors in se nullam dicat perfectionem, cum sit privatio, tamen forma, ad quam sequitur vitæ privatio, perfectionem dicit. — — — — — — — — — — — — — — — — —

Sed contra: licet falsitas secundum se nil perfectionis habeat, entitas actus, ad quam sequitur, perfectionem dicit: ergo militat eadem ratio, ut à Deo produci possit. — — — — — —

Resp. dist. ans. entitas actus materialiter considerata, concedo, formaliter, et ut fundat falsitatem, nego ans. Nec valet argumentum à forma, ut fundat privationem alterius formæ, ad entitatem prout fundat falsitatem: quoniam privatio alterius formæ opponitur bono creato, quod est quoddam participatio boni divini; falsitas autem opponitur divino bono in se ipso formaliter, ut ait D. Thom. 1. p. q. 49. art. 3. ad 2. et obiective, ut Cayetanus explicat ibidem: quia destruit obiectum scientiæ divinæ, ac proinde ipsam divinam scientiam: immo exinde potest colligi Xª. pria D. Thomæ argumentum ~~D. Thom.~~ pro nobis: inquit enim A. Præcept. 1. q. 48. art. 6. in corp. Deus

non

non esse auctorem malitiae, aut culpae: quia opponitur divino amori, id est, ut explicat Cayet. ubi supra: quia peccans dicit in mente practice, Deum non esse ultimum finem; amor vero dicit, Deum esse ultimum finem; sed similiter assensus falsus dicit, non esse quod Deus esse indicat: ergo opponitur scientiae Dei: ergo pari ratione Deus non erit autor et causa per se erroris — — — — — —

Ad 2. neg. cons. quia amor non opponitur ita divinae in seipsa, sed in sui participatione; error autem opponitur scientiae divinae in seipsa: quia negans ignem comburere, dicit, in Deo non esse scientiam de combustione ignis. —

Ad 3. concessa prima cons. neg. sec. quia non inde sequitur immediate Deum non esse causam erroris, ex eo, quod errare, si illum produceret, sed ex eo, quod Deus est summa sapientia, et nulla forma destinet malum sibi contrarium, licet enim possit fundare privationem alterius non tamen privationem sui, error autem ut diximus opponitur scientiae Dei, non solum in sui participatione, sed in seipsa. Unde sicut quia bonus est non causat malum moraliter propter oppositionem malimoralis cum bono divino in seipso; ita quia sapiens est, non causat errorem propter oppositionem erroris cum scientia divina in seipsa. — — — — — — — —

Obiicies 1.a conclusionem potest error habere rationem poenae inflictae a Deo; sed poena est voluntaria Deo illam infligenti: ergo potest error esse voluntarius, ac proinde per se productus a Deo — 2.o sec. error non avertit a Deo ultimo fine: ergo est propter ultimum finem. Patet cons. quia quod tendit ad Deum ultimum finem a Deo procedit ut a primo principio, et e contra, ~~unde~~ ut ad locum unde exeunt flumina revertuntur. — — — — — — —

Tertio: error alicui est conveniens: ergo habet

unde

unde possit appeti, et intendi. Prob. ans. nam in pluribus saepe proficit errare; unde proloquium rectum ab errore, et inde x alia prob. exemplo illius, qui errore viarum declinavit periculum incidendi in latrones, qui rectam iter grassabantur ————————————

Quarto: nam contraria sunt circa idem subiectum; sed error est existens in intellectu hominis, veritas autem in intellectu Dei: ergo error in intellectu hominis, non est talis effectus, ut possit per se produci a Deo. ————————————

Resp. 1. quod aliqua sunt mala poenae, quae non nisi permittendo potest Deus infligere, ut cum unum peccatum est poena praecedentis peccati. vel resp. quod poena praecedentis peccati non est subsequens peccatum, sed illius permissio; ergo pariter non erit poena error, sed illius permissio. ————

Ad 2. resp. 2do quod licet error speculativus, et invincibilis non avertat a Deo, tamen est irreferibilis in Deum, eoque opponitur, et deviat a Divina sapientia, quod sufficit, ut non possit produci a Deo: sicut peccatum veniale neque a Deo causari: quia licet non avertat operantem ab ultimo fine, est tamen irreferibilis in ipsum, et si inquiras in quem finem ultimum referatur ille error speculativus? Resp. quod sicut finis peccatoris est satiare appetitum, ipsius tamen peccatoris pro formali nullus est finis: quia prout sic non est appetibilis, sed importat obliquitatem a fine; ita finis intellectus errantis speculative est perficere intellectum, ipsius tamen erroris pro formali nullus est finis: quia non est per se volitus, sed potius omnino praeter intentionem. Nec inconvenit dari aliquid, quod non sit propter finem, dum illud non sit effectus, sed defectus, et deviatio a fine, quem per se intendit efficiens. ————————————

Ad

Ad 3.am resp. neg. ant. ad prob. resp. q. error prodest n per se, sed occasionaliter: neq. per se log. ex errore nil boni advenit erranti per accidens autem contingit ex errore commodum reportari, sicut etiam ex proprio peccato solet homo cautior resurgere, et illud, bonum mihi, q. humiliasti me, q. e peccatum occasionaliter profuisse: quia ratione Adami culpa felix nuncupatur: q. illa n stante, talis, aut tantus Redemptor nobis n advenisset, hoc tamen bonum secutum per accidens e peccatum, sed solum ex infinita bonitate Dei, qui occasione peccati talem nobis donavit intelligentiam — — — — — —

Ad 4. resp. q. error opponitur divinae veritati, n formaliter, sed obiective, quatenus scilicet e obiectum conforme iudicio existenti in Deo; sicut etiam peccatum et si n existens in Deo, contrariatur alicui perfectioni: q. opponitur legi, et iudicio practico existenti in ipso — — — — — —

Secunda Conclusio.

Deus nequit infundere actum erroris — —

Probatur: si Deus posset infundere actum erroris, esset causa erroris n solum pro materiali, sed etiam pro formali; at Deus nequit esse causa erroris pro formali, ut supra diximus: ergo nequit illum infundere. Maior prob. talis error pro formali aliq. deberet esse causa; sed si Deus errorem infunderet nulla praeter ipsum assignari posset: q. — —

Confirmatur: nequit Deus esse causa particularis illius, q. ut causa universalis nequit producere sed Deus nequit producere, ut causa universalis errorem pro formali: ergo nequit ut causa particularis. Caetera patent, et minor constat ex dictis concl. praecedenti. Secundo prob. concl.: repugnat cum summa veracitate in-

fu-

fusio erroris: ergo repugnat Deum errorem infundere. probo ant. Deus infundendo errorem falleret creaturas; sed fallere repugnat summae veracitati: ergo repugnat cum summa veracitate infundere errorem. Mai. in qua est difficultas prob. Deus quia agens praestat efficienter effectum formalem formae ab eo productae; sed fallere est effectus formalis productivus ab errore: ergo Deus producens errorem falleret effective. Item quia creatura existens illius erroris falleretur non a se: cum a se falsitatem illam non haberet: ergo ab alio, non ab alio nisi a Deo: ergo falleretur a Deo: ergo Deus esset illam fallens. — — — — — — — — — — —

Dices, Deus infundendo errorem non falleret quia fallere non est utcumque in alio efficere falsitatem; sed illum inducere ad assentiendum falso per locutionem, vel per signa objective persuadentia loquentem ita sentire, cum tamen contrarium sit de mente illius. — — — — — — — —

Sed contra 1°. nam voluntarie restringitur fallere ad hanc acceptionem: nam id sufficit, ut causa producens actum fallat creaturam, quod sufficit ut actus ille sit falsus, etiamsi non moveatur ad locutionem suadentem: ergo Deus esset illum infundens fallens etsi non concurreret loquendo, sed praecise efficiendo falsitatem. — — — — — — — — —

Contra 2°. Bonitati divinae aeque repugnat concurrere ad peccatum objective, sive per signa persuadentia illud esse juxta ipsius voluntatem, et concurrere ad illud physice, et effective: ergo Veritati divinae repugnat aeque concurrere ad falsitatem per locutionem, vel signa suadentia illam esse de mente Dei, et concurrere ad illam physice, et effective. — — — — — — — — — — —

3°. ideo locutio falsa repugnat veritati: quia est medium directe tendens ad generandum in audiente assensum falsum, sed potiori

ratione

tatio in fusio erroris tendit ad generandum, immo est ipsa generatio assensus falsi: ergo a fortiori repugnat divinae veracitati falsitatis infusio. _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _

Quarto: veracitas non solum prohibet assensum falsum per locutionem, et per signa testantia loquentem ita sentire, verum etiam prohibet suadere falsitatem per signa immediate connexa ipsis rebus, vel per signa demonstrantia connexionem unius obiecti cum alio: sed infusio erroris non sit generatio assensus falsi per signa testantia Deum ita sentire, neque tollit oppositionem eius cum divina veracitate. Probatur antecedens: qui alteri persuaderet errorem non innixus propria auctoritate, et exigendo fidem; sed vi rationis argumentorum intendens illum illum decipere faceret contra veracitatem, et tamen non generaret errorem per signa testantia ita sentire (neque hoc materialiter se habere ad suadendum falsitatem supponimus): ergo ad suadendum falsitatem sufficit alteri utcumque infundere errorem. _ _ _ _

5°. probatur. par ratio militat ad hoc ut Deus non possit causare falsitatem per locutionem, ac per infusionem erroris: ergo si Deus nequit inducere ad assensum falsum per voces falsum significantes, nec poterit causare falsitatem infundendo errorem. Probatur antecedens. ideo non potest falsum suadere per locutionem, quia cum voces sint ex natura sua institutae ad significandum, res sicut esse in mente loquentis, sicut per illas significaretur abuteretur vocibus, si per eas significaret aliter, ac sentiret; sed etiam conceptus ex natura sua exigunt significare res, ut sunt in se ipsis: ergo producens conceptum significantem aliter ac est in se abuteretur conceptu, ac per consequens cui repugnat causare falsitatem per locutionem, repugnabit similiter eam causare per infusionem actus erroris: non enim apparet

ratio

rao, quare repugnet Deo producere signa repraesentantia rez aliter ac e in mente, et n repugnet producere signa repraesentantia res in seipsis ee aliter, ac sunt in se ipsis — — — — — — — — — — — — — —

3.º prob.r Conclo: si Deus posset infundere actus erroris posse dari actus supernaturalis falsus; sed actus supernaturalis falsus implicatorius est: g.º et implicatorius est, Deus infundere actus erroris. Mai. prob. nz ex hoc quod daretur actus supernaturalis falsus solus sequitur, Deus ee causa specialis erroris, vel falsitatis: g.º si potest errorem infundere, potest absque ullo inconvenienti dari actus supernaturalis falsus — — — — — — — — — — —

Dices: q.º licet actus supernaturalis ex natura sua sit verus nulla tamen ratione convincitur illus divinitus n posse falsus ee; unde sententia affirmans actus supernaturalis falsus ee posse ab omni creatura vendicat Rigaldus tom. 1 de ente supernatu disp. 59. per totam. Et arguit in Dmariz ab auctoritate, et rone posita conatur confirmare; illa tamen de veritate dubitare censet Lorca, et alij, in quorum doctrina min. sic prob.r — —

Primo: nz actus supernaturalis e operatio, ad quam elevatur natura supernaturali Dei motione; sed ad actus falsus natura n elevatur; sed potius in eliciendo ipsius deprimitur: g.º = 2.º nz actus supernaturalis ex habet praestantiam, ut omnes, et singulos actus ~~sup~~ naturales excedat in perfectione; sed actus falsus nequit omnes, et singulos actus natales excedere in perfectione: nz actus plures sunt veri; ac proinde perfectio rei: g.º — — — — — — — —

Conf.r nz cum corruptio boni sit pessima et

prae-

et praestantissimus sit actus supernatis, sequeretur, quod ille qui falsus evaderet esset imperfectissimus; sed repugnat ejus supernaturalitate: ergo = 3º. Habitus supernatis est intrinsece ordinatus, et dispositio pro actibus excellentissima: ergo repugnat habitus supernatis falsus: ergo et actus. prob. consequentia: nequit enim dari in potentia disparitas: ergo — — — — — — — — — —

ex capite supernaturalitatis

Quarto: ad actum supernatis indiget Deo gratia, et speciali Dei adiutorio; sed ad actum falsum non gratia non requiruntur, immo oritur impotentia ex defectu virium: ergo — = Denique si actui supernali qua supernali est repugnaret falsitas, nulla esset ratio obquam actus fidei non posset falsus evadere; sed implicat actus fidei falsus: ergo repugnat quod actus supernatis sit falsus. Min. prob. tum ex Trident. sect. 16. cap. 9. dicente fidei non posse subesse falsum. tum ex dictis toto dubio antecedenti. — — — —

4º. prob. conclo: Si posset Deus errorem infundere, sequeretur posse Deum falsam doctrinam miraculis confirmare directe intendendo errorem; sed implicat Deum patrare miraculum ex intentione confirmandi doctrinam falsam: ergo repugnat Deum infundere errorem. Min. dubio sequenti patebit, et est communis theologorum, et oppositum deste Hurtado tom. 1. de dictis generat suspicionem fidei, resolutione 88. ait a Supremo senatu prohibitum. Maior explicatur tum quia ex illo articulo probat Sor consequenter Ripalda, idem, ex eo, quod non repugnat, Deum esse authorem erroris probat non repugnare patrare miracula in illius confirmatione. tum quia infusio erroris est miraculum; siquidem de lege ordinaria nequit Deus errorem, immo nec ullum actum potentiis vitalibus infundere: ergo Deus infundendo

dendo errorem patraret miraculum directe inducens errorem. - - - - - - - - - -

Si dicas: repugnare miraculum objective, et in genere signi instrumentalis errorem confirmare, secus ~~[illegible]~~ effective, et effectu miraculoso per modum signi formalis concurrendo. Unde licet repugnet Deo miraculo contestari doctrinam falsam; non tamen repugnat miraculose infundere ipsum met actum erroris: nam in primo casu adest virtualis locutio, quae si falsa existat praejudicat divinae veracitati quod tamen in secundo casu nequaquam accidere potest. - - - - - - - - - - - - - - -

Sed contra. Repugnat miraculum objective movere ad actum falsum: ergo a fortiori repugnabit miraculum effective concurrere ad falsitatem. Probatur consequentia: nam efficacius inferat, qui effective movet ad errorem, quam qui objective concurrit ad illum persuadendum: ergo si repugnat miraculis motio objectiva, repugnabit Deo miraculose operandi concursus effectivus in errorem. - - - - - - - - -

5.° prob. conclusio ratione, qua utitur Nazarius: nam Deus non potest esse causa erroris practici, hic enim est culpabilis, et malus moraliter, ac proinde incausabilis a Deo: ergo nec erroris speculativi. Probo consequentiam: nam saepe ex speculativo procedit ratio practica, ut si quis crederet Deum operari ratio ad extra, et inferret ipsum non esse adorandum, et qui putaret unum aut duo non esse tria, inferret, Patrem, aliasque duas personas non esse Deos. - - - - - - - - - - - -

Denique prob. ratione qua utitur M. Joan. a 1830 S. Thoma: quia error non potest esse volitus a creatura: nemo enim dum errat vult errare, nisi ut delinquat: ergo multo.

la minus potest error ee volitus a Deo. Accedunt ad hoc omnes rationes, quibus communiter probatur habitum in intellectu Xti Dni nec divinitus potuisse reperiri errores speculativos: atque enim diruunt, nullius erroris posse Deum esse causam erroris.

Solvuntur Argta

Contra 1. concl. arg. 1. ex locis Sacrae Scripturae, in quibus videtur, Deus dixisse interdum falsitatem; et praecipue ex illo 3. Reg. Idem. quis decipiet Acab? et egressus spiritus ait: ego decipiam, ingrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, et dixit Dns, decipies, et praevalebis. Huius generis quam plura alia testimonia in sacra pagina reperiuntur. Praeterea Sti. Augustinus, et alios P.P. aliqui mendacia decipi [illegible] Sanctos et eos decipere, subinde potest Deus Deus esse auctor illius [illegible], quae consistit in errore; ac proinde illum infundere.

Deinde prir. hac pars argti, quibus utitur Ripalda ad probandum divinitus posse dari actus supernaturales falsos, ex quo manifeste sequitur, Deum esse causam specialem erroris, illumque posse infundere. Et prob. assumptum primo; falsitas conveniens divinitus cognitioni congruit cum conceptu primario, et secundario cognitionis supernaturalis: ergo non repugnat cognitio supernaturalis divinitus falsa. prob. ans. nam ut salvetur conceptus primarius cognitionis supernaturalis sufficit connexio cum gratia sanctificante, et ut salvetur secundarius sufficit connexio ex natura rei cum veritate obti: ergo falsitas divinitus conveniens cognitioni potest componi cum supernaturalitate.

Secundo: potest dari actus, sive effectus

sup.

supnalis vitiosus: q.a potest actus supernalis esse prohibitus, g.o pariter assensus supnalis fieri falsus. - - - - - -

Tertio: nulla est creatura, quae semel existens n. possit potestate absoluta in nihilum redigi; sed si assensus supnatus n. posset divinitus esse falsus, daretur creatura, quae semel existens de pota Dei absoluta n. posset in nihilum redigi; g.o assensus supernalis potest divinitus esse falsus. Probatur min. Visio, qua beati vident sup beatificandum existens in aeternum est aliqua creatura, et entitas creata supnalis; sed si visio beata esset essentialiter infalsificabilis esset indestruibilis, et irreducibilis in nihilum; attenta inspecta pota Dei absoluta: g.o si assensus supernalis n. posset divinitus esse falsus, daretur aliqua creatura, quae semel existens n. posset divinitus in nihilum redigi. Discursus est legitimus. Prob. min. Visio, qua beatus videt sup beatificandum in aeternum existens, redderetur falsa si destrueretur: ergo si praedicta visio esset essentialiter infalsificabilis esset divinitus indestruibilis; immo et a parte ante, et a parte post esset aeterna visio, si (ut fuit) ab aeterno g.o n. cerneret n. repraesentans sup durationem aeternam ex utroque capite. — — — — — — — — — — — —

Quarto: potest existere cognitio supernalis n. existente obiecto quod repraesentat: g.o potest esse falsa. Ant. prob. cognitio supnalis solum pendet ab obiecto in genere causae efficientis; sed concursus causae efficientis potest suppleri a Deo: g.o sine obiecto, quod repraesentat, potest existere cognitio supnalis - - - - - - - -

Denique: potest Deus miraculoso concursu elicere visionem obiecti obiecto n. existente, ut de apparitionibus

apparitionibus, quæ fiunt circa species consecratas censet D. Thom. 3. p. q. 76. artic. 8. et Theologi frequenter; sed talis visio non refert obiectum, quod revera non est: ergo similiter miraculoso concursu potest efficere iudicium de existentia rei, quæ revera non existit. - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Resp. illum, et similia loca Sacræ scripturæ interpretanda esse, ut communiter interpretantur de permissione non de influxu positivo in errorem pro formali, ut etiam D. D. Thom. 1. 2. q. 69. a. 3. excæcatio quoad substantiam luminis gratiæ est a Deo volente, sed quoad malitiam cordis, aut obdurationem est a Deo permittente; nec diffitemur Deum aliquos errore punire, non quidem errore a se volito, sed permisso, quod manifeste est de mente D. August. tom. 4. lib. 83. q. 1. ubi inquit, non itaque Deus deceptor est, quod credere, nefarium, et impium est, quin invesitgat; et ibidem explicans quomodo se habeat Deus circa ea, quæ vult nobis, ait, quædam iubet, quædam permittit, ut æquissimus distributor. - - -

Ad argum. ex ratione petitum resp. neg. ans, ad cuius 1. prob. neg. ans: pugnat enim falsitas cum conceptu primario cognitionis supernalis, quæ est tendentia ad obiectum submotivo vero supernali, sive sit revelatio, sive quodvis aliud lumen non potest cadere falsum; immo etsi primarius conceptus entis, sive cognitionis supernatis sit connexio cum gratia repugnat illi falsitas, ex hoc capite, quod connecti nequit cum gratia per modum actus ab illa procedentis, qui non sit perfectissimus, et tali radice dignus; huiusmodi non est actus falsus, quare cum illa connecti non potest. — Ad 2. prob. nego ans et quia nimius probat: nam sequitur posse istam actum charitatis, et quia permissio potentiæ supernalis prohiberi, ille non posset elici in sensu composito

pra-

præcepti, ponit v.º in sensu diviso: quare licet possit prohiberi, non sequitur posse tollitur — — — — — — — — — — — — —

Ad 3. resp. repugnare creaturam, quæ semel existens non posit absolute destrui; si non repugnat quod creatura semel existens ex suppositione aliqua non posit destrui, visio quod quia beatus videt suam beatitudinem in æternum extituram non potest destrui ex suppositione decreti de illius conservatione in perpetuum, absolute v.º potest destrui; quia potuit Deus non decernere talem perpetuitatem; subinde quia potuit visio suam perpetuitatem non cognoscere; nec hoc mirum est: cum in sui existentia solum dependeat ab obiecto primario quod est Deus solus, non à secundario, qualis est ipsa, eaque duratio — — — — — — — — — —

Ad 4. neg. ans, ad cuius prob. nego. ma: ab obiecto enim non solum pendet cognitio in genere causæ efficientis; sed ut à forma extrinseca extrinsece specificante in genere causæ formalis extrinsecæ; subinde quia eius concursus nequit à Deo suppleri — — —

Ad 5. resp. quod in apparitionibus illis, ut constat ex D. Thoma loco citato ad 2 videtur ibi aliqua species à Deo formata in oculis intuentium vel etiam circa ... [illegible] Inde Deus non supplet concursum obiecti; sed miraculose ministrat ob... illis scilicet species, et figuram, in quam visio ex... [illegible] terminatur. ... [illegible] in commentarijs prædicti articuli. — — — — — —

3.º obiicies: quod nobis licet appetere Deo non repugnat intendere et infundere; sed nobis licet appetere ... [illegible] intellectualem ... [illegible]: ergo potest Deus illam infundere. Prob. min. nam iuxta D. Thoma 22 q. 40. art. 3. licitum est in bello uti insidijs et ... [illegible]

eundem

eundē Ar.o. Per tempt. in corpore. [illegible] omnia ad ordinandū ad faciendū: g.o — — — — —

Resp. neg. min. ad cuius prob. dist. min. ordinantur q.n, et formaliter ad faciendū, neg. min. occasionaliter, concedo min. nā q.o se solū ordinantur ad occultandū animū, vel propositū, ex quo sequitur hostē falli, et sic Dux vult hostē includere inter limites latentes; simulat fugam dentans se, trahere post se hostē insequentē; ubi hoc stratagemate, scilicet simulatione [illegible] occultat animū suū quē non tenetur hosti aperire; in hoc autem nulla est fraus: nā non tenetur esse ordinata aliquis ignis velle omnia sibi occulta manifestare. — —

Tertia conclusio: Nec habitū erroris potest Deus infundere creaturæ intellectuali. Probatur: cui repugnat [illegible] secundū, repugnat ad illū inclinare; sed habitus est inclinatio ad actū secundū: ergo si Deus non potest causare errorē in actu 2.o nec poterit causare, vel infundere habitū erroneū. = Secundo: ratione deformitatis, et defectus qui ē in actu 2.o erroneo nequit ā Deo infundi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] deformitas, et defectus reperitur in habitu. — — —

Resp. [illegible] repugnat Deo actū, et habitū erroris: [illegible] repugnat [illegible] actū, et habitū erronis. — — —

Obiicies adversarius Sanc conctū. Habitus erronis est entitas realis, et gaudet bonitate transcendentali non minus, quā materiale peccati: ergo potest ā Deo produci, et infundi. — — — — — — — — —

Cap.

Resp. neg. ma. q. habitus erroris includat de errore pro fali; Unde eadem implicatio est in productione illius, ac in productione assensus falsi; Ex secundo q. sit transcendentalitas huius, et essentiale solum sequitur, q. sicut concurrit Deus ad [illegible] pex-tionem cum ab hoc productiva concurrant ad [illegible] ipsius habitus producti — — — — — — —

Dices: q. [illegible] Deus produ-cere sub ratione entitatis [illegible] illius sub ratione entitatis [illegible]

Resp. neg. cons. [illegible] habitu-us concurrentes ad formale erroris: neque [illegible] nari aliqua [illegible] formalis, quam [illegible] alia parte Deus — — — — — —

Obiicies 1.o Deus potest infundere habi-tum opinionis non obstante, quod illi possit subesse falsum: ergo etiam habitum erroris. — Sec.o Potest produ-cere species intelligibiles inclinantes ad falsum, siqui-dem potest producere species intelligibiles Petri repræ-sentantes Petrum non existentem eodem modo ac si existit; sed de modo [illegible] repræsentare Petrum aliter ac est in re, ac proinde falso: ergo. — 3.o habitum erro-ris conservat Deus sine influxu se solo; siquidem trans-sit actus, quo efficienter erat productus: ergo pos-set illum per se solum producere — — — —

Neg. cons. q. ma. licet opinioni possit sub-esse falsum; habitus tamen opinativus non inclinat ad falsum, sed ad verisimile, cui accidit, quod interdum sit verum vel falsum. — Replicabis: ergo actum opinativum in re [illegible] potest Deus producere: q. tendit ad verisi-

mile

mile. Resp.º q. potest Deus de illis simul ex se continere
sub ratione verisimilis, n. autem sub ratione falsi; habitus vero potest se
solo infundere: quia nihil falsitatis includit in actu primo et
patet, nec in actu primo, q. inclinat ad actus verisimiles.

Nec refert, si dicas: opinio est indifferens ad ve-
rum, et falsum: ergo qui potest ei solo habitum opinativum producere,
potest producere ipsum indifferentem [illegible] et falsum,
ergo etiam inclinationem [illegible] ad falsum: quia [illegible]
pugnat determinare aliquam rationem indifferentia repug-
nat eius indifferentia ad utrumlibet extremum.

Resp. q. opinio indifferens ad verum, et falsum
est ut ad extrema per se accepta et disjunctive, et ad extre-
mum [illegible] permittit accidentaliter continuari propria ratio-
ni formali; quare habitus opinativus deservire [illegible] respi-
cit verisimile, et abstrahit a vero, vel falso, quatenus
determinare potest id, quod habet apparientiam veritatis, sive
in [illegible], vel falsum.

Ad 2. neg. ans. ad prob. nego, posse produ-
ci a Deo speciem, cuius [illegible] requirentur non sit eadem
Deitas existente et non [illegible] ente; sicut non potest produce-
re speciem, quae si Deitas sedeat requirendum [illegible] exer-
citium [illegible] = Ad 3. nego ans. quia illi conveniat
[illegible], sicut cetera accidentia [illegible]
[illegible]
formalitatem, et in [illegible] convenient actus, quo [illegible]
[illegible] producit [illegible] et in aliquo
[illegible] conservatione, cuius signum est, q. potest
habitus [illegible] [illegible] 12. q. 33
[illegible]

3º arg. q. potest [illegible]

inclu

mitur habitus erroris, et scientiae; quia [illegible] incom-possibiles ex natura rei; ita miraculum a contrario, scilicet de-
ussus est causa, et [illegible] verum, scilicet quod potest Deus, seclusis causis particularibus conservare habitus errores. —

Resp. [illegible] a miraculo esse non conservat Deus, sed solo miraculo consistere in impediendo [illegible] habitus opposita, quia impediunt subjectum con-servare habitum [illegible]. Unde Deus conser-vans habitus errores cum scientia conservaret concur-rens ut particularis causa impediens exclusionem; sed non concurreret ut causa particularis ad conserva-tionem habitus erronei. —

Secundo resp. quod quidquid entitatis est in ha-bitu erroris conservandum est a solo Deo, defectus vero con-servatur a causa secunda non per actualem influxum, sed per virtualem permanentiam in dominio, scilicet in manente habitu, et connotat actus quo a principio fuit productus. Inde tamen non sequitur quod possit Deus quod entitatis est in habitu ex solo producere; quod non efficaciter tam similiter; quod naturaliter actio, vel causa, cui defectus debet possit attribui. —

Dices: defectus ille non inveniatur, sequitur quod non requirit causam; subinde quod potest Deus producere [illegible] erroneum, et [illegible] nulla, cui defectus possit attribui. — Resp. dist. consequens: non requi-rit causam efficientem, concedo; causam deficientem nego; quod quidquid est in effectu, sive perfectio sive imperfectio debet provenire ab aliqua causa, nisi talis imperfectio sit in illa velut in [illegible] erroneo quae in habitu, ergo non [illegible]

Ultima Conclusio: Implicat, Deum praeci-
pere, vel consulere actionem e[illegible]

Probatur 1°. ex eo quod ipsi [illegible]
sine posset velle, nec intendere errorem, illum praecipiendo
[illegible] = Secundo: nam praecipiens assensum [illegible] appro-
bat, et confirmat: nam dicens, crede hoc ita esse, [illegible]
ac si diceret, hoc ita est, atque inde crede; sed [illegible]
Deus [illegible] confirmare falsum [illegible]
errorem. = Tertio: si Petro me decipiente, Paulus [illegible]
ens me decipi [illegible] consu[illegible], [illegible], merito
[illegible], et dicerem, me Paulum decipere: [illegible]
Deus consuleret, ut Petrus me decipiendo [illegible]
[illegible] me falleret; sed si per eum assensum falsum consule-
ret, eadem esset ratio; atque [illegible]
decipiens me credendum [illegible] — — — — — —

Denique: [illegible] Deus prae-
cipere, et velle, ut credamus, ipsum loqui et [illegible]
[illegible] loquatur, [illegible] plurima [illegible] miracula, quae recen-
sent Evangelistae facta sunt ut credamus, id est, ad
[illegible] Deum velle, et nos obligari ad credendum
[illegible] illud Joan. [illegible] credatis, et
Joan. 20. hac autem scripta sunt (id est [illegible]) ut
credatis [illegible] ex pluribus [illegible]
[illegible] non [illegible] credere, Deum loqui
[illegible]; et tamen [illegible], Deum velle, [illegible]
[illegible] loqui, et revelare: [illegible] si [illegible]
[illegible] hoc ipso, [illegible]
[illegible] per miracula Deum velle, ut credamus, [illegible]
[illegible] nobis constet, ita esse illud, quod credimus; [illegible]
[illegible] Deus praecipere [illegible] eius, quod [illegible] — — —

Sicut Deus praecipit, ut credamus homini fide digno aliquid nobis testificanti, et tamen contingere potest ut ille velit decipere; similiter praecipimus ut iudicemus panem esse corpus Christi sub illis speciebus quas videmus a sacerdote probatae vitae moribus consecratas, et tamen potest contingere defectu intentionis [illegible] iudicio subesse falsum; ergo potest Deus praecipere assensum falsum. — — —

Praeterea in [illegible] in conscientia invincibili erronea practice dictante fieri aliquid prohibitum: talis enim conscientia est perseverans, et eius sequela est peccatum, et tamen praecipitur peccatum [illegible] bene, quod conscientia dictet [illegible] esse aliquem actum, vel assensum, et quod ille assensus sit error, et praecipiatur — — — — —

stituit tractatum, in [illegible] quod oratio pertinet ad
lineam cognoscitivam. —— Ad 2. resp. dupliciter posse
aliquem tendere ad alterum per suppositionem primo per [illegible] in-
clinationis, cuius ratio est movere, vel praeparare
ad illud, et tunc non continetur speciem directe, et per se

q.

q.ª se habet vel.ti remus, quia nomina ad species determini; alio modo possit praesupponi per modum cuiusdam ... requisiti ut cumque antecedentis, sicut ... nario praesuppositum ad formam cadaveris, et tunc posset ... re, et directe constituere ...; ... modo compara... pia affectio ad fidem ... abud, quam motioden... eius adhoc, ut intellectus praebet assensum rebus fidei: secundo modo ... iudicium, et consilium ad actum prudentia: se habent enim velut principia, ex quibus ratio practica syllogizat, et infert, quod hic, et nunc sit agendum, aut ... ————

Praeterea doctrina, quam affert ex D. Tho. 2.2. q. 155. a. 1. vera est, et non contraria illi, quam ex eodem D. determinimus; ... a ... 5. q. 56. 12. ... ... esse ... virtutem, ubi ... tamen optime ... Ang. Doct. ... prudentia ... operat ... ————

5.º arg. Si fides divina ab huiusmodi pia affectione per se dependeret, sequeretur quod esset dicenda ... ; consequens est falsum, ergo. Prob. sequela: quia ut dicitur infra q. 13. ... ab electione libera voluntatis dependet, sed ... habere fidem ..., hoc ipso quod pia affectio ... ————

Resp. neg. sequelam. Haeresis dicitur quia libera hominis electio ... ; fides autem quamvis ad assensum liberam electionem requirat est tradita revelatione ... et non libera hominis electione inventa. Vide ... dicitur punitione haereticorum. ———

Arg. 6.º Si fides divina penderet quoad specificationem a motivo ... esset ...

nalij; utrumq. e falsum: q. prob. min. quoad 1 partem, dem
q. e circa rem supernaturalis, scilicet circa credenda per
fidem supernaturalem. dum: q. votrus credendi e initium fidei
Christianae, quae est iustificationis initium. ut docet Trident.
sessio. cap. 8. initium fidei nequit esse ex viribus naturae, ut
contra Pelagianos tenent Catholici: q. n potest e natur.
Quoad 2 partem prob. min. q. si esset supernaturalis prae-
supponeret cognitionem supernatur., quae ipsum regularet; sed
talis cognitio n praesupponitur: q. prob. min. q. per
talem cognitionem n cognoscimus aliquid supernaturale obiective cre-
dendum: siquidem praecedit omnem credulitatem, et assensum fi-
dei, nec clare, et videndo: q. aliás melius cognosce-
remus res supernaturales ante fidem, q. per illam, q. e falsum:
q. neque iudicium illud est supernaturale. ———

8 Multipliciter Sententiae occurrunt Ad.
Primo enim resp. ad ipsum affectionem sufficere iudicium pro-
cedens super date, ex parte rei cognitae, et ex parte obiec-
ti materialis, et n ex parte cognitionis, et rationis formalis
obiectivae. — 2o. dicunt alij: praedictum iudicium esse su-
pernaturale elicitum ex aliquo interiori instinctu Spiritus S.
qui actus n iudicat de rebus fidei, sed de credibilitate
earum. Tertio dicunt alij. esse actum doni intellectus.
quarto alij: esse supernaturalem illuminationem n propter rem
supernaturalem credibilitatem attingendam; sed ut iudicium de tali
credibilitate habeat efficaciam movendi supernaturaliter
voluntatem. Quinto ait P. Suarez in p. 2. q. 1. a. 2.
disp. 23. num. 8. et disp. 31. num. 8. esse actum doni
Sapientiae. — Sexto M. Joannes a S. Thoma. q. 1. disp. 2.
art. 3. ad 3. tenet, iudicium illud procedere ex aliquo actuali
auxilio, et illustratione, qua res credendae sic repraesentantur
ut n solum proponantur vera modo obscuro, sed etiam ut bo-

nae

næ, et afficiendes voluntatem ad credendum, quia iudicium ait esse naturæ propter indeliberationem. — Septimo in [illegible] Stra-ujo in praesenti art. 5. dub. 1. quia illa cognitio regulativa piæ affectionis non est iudicativa, sed tantum antecedenter habitiva, ac proinde licet sit fidei divinæ non praecedere a motione voluntatis. — — — — — — — — — — — — —

Ex his solutionibus. Prima continent primam: neque pia affectio requisita ad fidem est supernaturalis, ut interrogandum manet probandum; quod cognitio quæ regulativa requiritur esse supernaturalis. Quia non existeret proportio requisita inter iudicium regulans, et affectum regulatum. Tum quia actus voluntatis requirit esse supernaturalis, nisi obiectum formale illius sit supernaturale; sed obiectum quod prosequitur voluntas ut tale proponitur per iudicium regulans: quod eo ipso, quod pia affectio supernaturalis sit, obiectum formale iudicii est supernaturale: ergo iudicium formaliter, et in se requirit esse ordinis naturalis. Obiectum neque alias ad regulandos actus charitatis, non est naturalis actus fidei supernaturalis. — — — — — —

Secunda solutio deficit: quia esto iudicium de credibilitate rerum fidei praerequiratur ad assensum fidei, illud tamen non est sufficiens. Tum quia ex duobus, quorum utrique eodem modo constat de credibilitate, contingit unum assentiri, alterum dissentiendo, ut patet in miraculis, quibus aliqui moti sunt, et non alii: ergo praedictum iudicium non est sufficiens provocatio piæ affectionis. Tum quia iudicium de credibilitate earum rerum est etiam in dæmonibus in quibus non est pia affectio. Tum quia illud non movet voluntatem; siquidem abstrahit a convenientia, et disconvenientia, sine quibus affectus non excitatur, nec movetur in voluntate. Unde, ut bene adducit Joan. a S. Thoma hic q. 6. art. 1. tale iudicium est speculativum ac proinde

in

insufficiens ad regulandum voluntatis affectum. - - - - -

Tertia solutio non satisfacit: quia donum intellectus et actus eius non inveniuntur absque gratia sanctificante ut docet D. Thomas 22. q. 8. art. 5. fides autem, et pia affectio, ac proinde iudicium regulans possunt in absentia gratiae inveniri. Dum: neque ut ait ibidem D. Thomas; donum intellectus supponit fidem; siquidem tendit ad hoc ut intellectus per ipsum recte existimantem habeat de fide; hac autem, ut notat Cajetanus ibi, est quaedam cognitio prophetica supponens assensum fidei, et ad quem fides non pertingit, ergo quae viri in assensu, et ob eam eius non procedit. - - - - - - - -

Quarta diminute procedit: neque enim erat illi explicare quid per illuminationem innotescat de novo, ut virtute illius iudicium procedens de credibilitate posit movere efficienter voluntatem. Deinde illuminatio vel est speculativa, et pure manifestativa veritatis, vel practica, et propositiva convenientiae, ut voluntas moveatur, et afficiatur erga res fidei. Primum non sufficit determinare ad assensum fidei: quia manifestando veritatem non nisi convincendo, et visione clara determinat intellectum quoad actum fidei. Si dicatur secundo coincidit cum modo dicendi M. Joan. a S. Thoma, quem eum examinabimus. = 5.a solutio manet exclusa ex dictis neque prudentia, sicut et religio; quae sunt virtutes morales per se infusae non manent in absentia charitatis, sine qua tamen manet fides, et habitus piae affectionis. - Secundo quia virtutes theologicae non subduntur regulationi, et imperio prudentiae: quia ut ex Philosopho libro 6. Ethicorum ait D. Thomas 22. q. 48. art. 6. Ad prudentiam solum pertinet disponere de his quae sunt ad finem, virtutes autem theologicae sunt circa ipsum finem, quem etiam inchoative respicit pia affectio. Dum: quia prudentia supponit

fidem

fidei et eius actus verarent, ita contritum dicitur ex fi-
de notus lumine prudentiae, ut ibi ait D. Th. Si dixe-
ris autem ... supernaturalis et fides ... habitus
primorum principiorum respectu scientiae ... logica, necesse
est cum ipsa simul sit speculativa, et practica ... non mo-
vet ad assensum fidei, sed potius fides movet ad actum prudentiae
... influxum.

4. Contra sextam militant ea, quae in solutione
argumenti dicta sunt ad probandum, actum piae affectionis
procedere ab auxilio, sed ex aliqua dispositione habitua-
li: nam quotiescumque ad perfectionem alicuius actus concur-
rit duplex principium, oportet, utrumque esse perfectum per
aliquem habitum; sed ad productionem actus piae affectionis
concurrit intellectus, et voluntas: ergo ut actus iste faciliter,
et prompte, et connaturaliter eliciatur, debet in utraque
potentia constitui aliquis habitus, vel habitualis dispositio;
per quod impugnatur solutio illorum, qui dicunt, in sola
existente in gratia elici praedictum actum a dono intellectus, vel
prudentiae; extra vero in carente charitate suppleri con-
cursum doni, aut prudentiae per aliquod auxilium; impug-
natur, inquam, quia existens extra charitatem faciliter,
prompte, et delectabiliter elicit assensum fidei: ergo in ipso
debent modo connaturali, et permanenti poni om-
nia, quae ex parte actus primi desiderantur pro elici-
endo actu tali modo: ergo iudicium regulans piam affectionem
debet procedere ab aliquo principio per modum habitus in intel-
lectu, et voluntate. Quod vero additur in praedicta solutione
de actu indeliberato, et excitatione intellectus a Deo, ve-
rum est: quia cum in actibus intellectus, et voluntatis non sit in infi-
nitum procedendum, oportet ad illustrationes, et affectiones, quae
sunt actus indeliberati recurrere. Sed tamen non suf-

ficit

ficit: q. experientia constat plerumque primum assensum fidei in adultis praecedere maximam deliberationem: ergo non sufficit quaecumque illustratio, vel actus imperfectus intellectus, sed praerequiritur requiritur alius, quomodo voluntatis deliberatae requiritur — — — — — —

Patet ipsum fundamentum adimpugnandum ultimam solutionem. Si enim pia affectio est actus voluntatis perfectus, et deliberatus: ergo cognitio regulativa illius non solum apprehensiva, sed est perfecta, et iudicativa. Patet consequentia. Ea, quia, contra Vazquez docent Thomistae 1. 2. q. 9. a. 1. ad electionem, vel actum voluntatis perfecte liberum, et efficacem requiri iudicium per modum compositionis, et divisionis, licet ad motus indeliberatos, et minus, vel etiam inefficaces sufficiat apprehensio, vel iudicium imperfectum, quod in prima apprehensione reperitur — — —

Melius ergo ad eundem Araujo ibidem aliter respondet distinguendo de prima susceptione fidei, et post fidem iam susceptam; et in primo statu regulatur affectionem cognitio praeambula ad fidem elicita ab auxilio actuali reducenti pertinente ad fidem; in 2.º regulat cognitio elicita ab habitu fidei, ut est eminenter practica. Prima pars probatur quia illa actus non potest elici ab aliquo habitu supernali, cum primus omnium sit fidei, et fides nondum sit suscepta: ergo ab auxilio actuali Dei illustrantis. Secunda vero pars probatur quia tale iudicium post susceptam fidem debet procedere ab aliquo habitu, siquidem connaturaliter elicitur; sed hic non est alius, quam fides, ut patet ex dictis sufficienti partium enumeratione ergo — — — — — — — — — — — —

Dices: iudicium illud proveniens ab auxilio ante susceptam fidem vel est evidens, vel obscurum: si primum, sequitur inconveniens, quod inde habet habeatur perfectior cognitio

de

de supernaturalibus, quę post eą. Si secundum, non convincitur intellectus: quia indiget pia affectione voluntatis, quę determinet ad assensum. — — — — — — — — —

Resp. [illegible]: iudicium illud esse evidens non de veritate rei creditę, sed de bonitate, et convenientia illius; nihilominus, oppositum videtur verius. Tum quia convenientia illa est supernaturalis, et quędam veritas, de qua nobis pro hoc statu non constat evidentia. Tum quia convenientia ut ex D. Thoma q. 14 de veritate colligitur, consistit in hoc, quod sit bonum quoddam bonum repromissum; sed hoc non constat nobis evidenter, siquidem hoc est quoddam credibile, immo principale inter credibilia iuxta illud Apostoli, accedentem ad Deum oportet credere quia est, et quia remunerator est. — — — —

Qua propter dicendum est cognitionem [illegible] pię affectionis esse obscuram; nihilominus indigere pia affectione voluntatis: quia non est actus intellectus non a voluntate, sed solum intellectus, est enim indeliberatus, quem Deus causat in nobis, quemadmodum plures alios, quibus mentem movet, et excitat, talis ita quia actus sunt, et taliter ex ratione necessitate indeliberationis, ut bene dicit doctor a S. Thoma, radicaliter autem ~~est liber~~, quia praevenit [illegible] indifferentia. — — —

Et si instes: ille actus differt specie ab actu fidei, siquidem unus quoad specificationem est liber, alter vero necessarius, ac proinde unus essentialiter dependet a voluntate, alter vero non. — Resp. transeat cons.: quia in hoc nullum apparet inconveniens, vel neg. cons.: quia utriusque actus obiectum est idem specie, motivum voluntatis, vel specialis concursus quo Deus ad ipsum, ut indeliberatum concurrit, se tenet ex parte subiecti, quia non variat speciem actus; quia enim dependeat fides a voluntate quoad specificationem non est sic intelligendum, quasi

mo-

volunt[illegible] [illegible] parte obj. specificando, s. q. tenet ex parte subjecti supplet insufficientiã quę ex parte obj. reperitur, et determinat intell. ad id, ad quod obj. se solo determinare ñ poterat — — — — — — — —

Inquires pro complem. quomodo in ge[illegible] [illegible] motione voluntatis requiri, ut [illegible] indifferentia intell. ad assens. et dissens.: cũ hęc indifferentia s. [illegible] [illegible] per habit. fidei, [illegible] determinat intell. ad assens. [illegible]? Resp. p.º quod fides determinat subjective, et in gen. efficientis, et voluntas requiritur determinatio objectiva, et in gen. causę formalis extrinsecę, cujus defectus supplet [illegible] voluntatis. = Secundo resp. quod fides determinat per mod. facultatis, sed ñ per modũ alicujus tollentis indifferentiã, ut absolute posset dissentire — — — — — — — — — — — —

Dubium Secundum

An Mysteria fidei sint evidenter credibilia = Prima Conclusio — — —

Sententia negativa tribuitur Capreolo in 3. dist. 32. q. 1. a. 3. Sed opposita cõiter tenent Theologi cũ D. Thõ in praesenti et ideo à nobis pro conclusione statuitur, et prob. 1.º ex illo Psalmi 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Et ad Hebr. 2. quomodo nos effugiemus, si tantum neglexerimus salutẽ, quę in nobis confirmata ẽ contestante Deo signis et portentis. Et Joan. 15. Si opera ñ fecissent in eis, peccatũ ñ haberent, nunc autẽ

ex

excusationem non habent de peccato suo. - - - - - - - -

Sec. prob. ratione: rem aliquam esse credibilem nil aliud est, quam rem aliquam esse materiam ipsam ut credatur eo, quod habet sufficientem causam, et concurrunt motiva, quae requiruntur, ut prudenter possit credi; sed evidenter mysteria fidei habent sufficientes causas suae credibilitatis; ergo sunt evidenter credibilia. Maior est certa, et probatur minor recensendo motiva credibilitatis, quae communiter recenseri solent ex D. Aug. qui sic ait: multa sunt quae in Ecclesia me detinent; rectissime me detinet consensio Populorum, et gentium, tenet auctoritas miraculis confirmata, spe aucta, et charitate nutrita. tenet ab ipsa sede Petri Apost. cui pascendas oves suas Dns mandavit, usque ad praesentem Episcopum successio sacerdotum. tenet denique ipsum nomen catholici, quod non sine causa inter tam multas sola haec ecclesia obtinet. Ex his Aug. verbis non erit difficile colligere motiva, quibus fidei credibilitas convincitur. Ad illam namque ostendendam concurrit primo concordia Prophetarum tot ante saecula cum evangelio. Sec. pene infinitus Martyrum numerus ex omni gente, aetate, sexu, et conditione. tertio: victoria ex tot persecutionibus a Regibus, Imperatoribus, et id genus potestatibus millies reportata. Quarto: conversio Romani imperii urbis post incredibilem resistentiam. Quinto: Eversio Synagogae, longaque Iudaeorum captivitas. Sexto: doctrinae antiquitas, scilicet a principio Mundi usque in praesens tempus. Septimo: duratio huius doctrinae, quae, toto orbe fremente, et portis inferi adversus eam insurgentibus, semper invaluit. Octavo: propagatio ad universas orbis nationes. Nono veri integritas: quae nil contra Deum nec mores docet, sed vitia damnat, virtutes consulit, veram beatitudinem proponit, et ad illam consequendam pandit

viam

Vig. Decimo: consensio: quâ sibi consentanea, et nullam repugnantiam continet, licet plura, et altissima mysteria contineat. Undecimo: sanctitas vitæ eorum, qui hanc doctrinam sunt professi, modus, quo fuit introducta sine verborum fuco, sine violentia, aut promissione bonorum temporalium Pauperibus, humilibus sine potestate temporali, qui Magistrum hominem Deum crucifixum sequentibus omnibus vitæ modis post habitis proponebant, et id universo Orbis usque serunt, quod omne miraculum superat. Duodecimo: effectus illius: mentem illuminat, affectum inflammat, animum tranquillum reddit, viros ad bene agendum confortat, et homines etiam flagitiosissimos bonos, et puros reddit. Decimo tertio: idolorum expulsio, miracula in quibus maxime notanda sunt circumstantiæ, numerus, magnitudo etc. — — — — — — — — — — — —

Tertio probatur conclusio Ut aliquid credatur fide divina debet proponi, ut prudenter credibile; sed non proponitur, ut prudenter credibile, nisi sit evidenter credibile; ergo ad credendum requiritur evidentia credibilitatis. Maior est certa: nam sine tali propositione credere est non credere virtuose, sed ex levitate &c. illud Ecclesiast. 1. Qui cito credit levis est corde. Min. prob. tum ex illo D. Thomæ hic ad 2. ubi sic ait: fideles non crederent, nisi viderent esse credibile id, quod credunt. Tum quia credibilitas non potest constare certo, nisi constet evidenter: non enim potest constare per fidem: cum cognitio credibilitatis præcedat assensum fidei: ergo si debent præsupponi ut certo, et prudenter credibilia, supponi debent, ut evidenter credibilia; at certo credibilia supponi debent: ergo mysteria nostræ fidei sunt evidenter credibilia. — — — — — — — — —

Solvuntur argumenta

Arg. 1.

Arg. 1º. Si mysteria fidei essent evidenter credibilia, sequeretur illa esse evidenter possibilia; cons. est falsum: ergo. Prob. sequela primo: quia est evidenter scibile est evidenter possibile: ergo quod est evidenter credibile est evidenter possibile. 2º prob. sequela: quia est evidenter impossibile, est evidenter incredibile, vel saltem non est evidenter credibile: ergo idem, quod prius. - - - - - - -

Resp. neg. ant.; ad prob. neg. cons. discrimen est, quod scibilitas oritur ex principijs intrinsecis, scilicet ex connexione necessaria rei cum principijs extrinsecis non per se, et necessario connexis cum existentia, vel possibilitate rei: nam contingit prudenter credi, quod in se est falsum. Unde ex evidentia scibilitatis infertur evidentia possibilitatis; ex evidentia vero credibilitatis non infertur rem esse possibilem, sed esse idoneam ut credatur, quidquid sit de illius veritate: nam credibile quia connectitur cum veritate, sed cum verosimilitudine cui potest subesse falsum; sicut ex evidenti probabilitate rei non infertur, illam esse possibilem: quia probabilitas non est intelligibilitas sumpta ex principijs intrinsecis vel per se connexis cum possibilitate rei, sed ab extrinseco et motivis apparentibus connexis cum obiecto. - - -

Credibilitas vero sumitur ex principijs

Sed instabis: Velobiectum fidei est evidenter credibile fide divina, vel fide humana. Si secundum non sufficit, ut quis prudenter praebeat assensum supernaturalem omnino certum: quia cum fidei humanae possit subesse falsum poterit merito dubitari, utrum obiectum illud, quantumvis credibile fide humana sit verum, nec ne; Si dicatur primum. Tunc sic: Credibilitas fide divina necessario connectitur cum veritate rei: ergo stare nequit credi fide divina, quod in se falsum est, et patet: nam quia scibilitas

nariò exigit, et connectitur cum veritate rei scitæ, ex evidentia illius evidenter infertur veritas rei; ergo ex evidentia credibilitatis per fidem divinam evidenter cognoscitur possibilitas objecti. — — — — — — — — — —

Dices: esse evidenter credibile fide divina objective non subjective, id est fide, quæ divina dicitur: quia per illam creditur Deo, et ea quæ ab ipso testificantur; non vero fide divina, quæ talis dicatur: quia supernalis, et per se infusa; Sunt namque credibilitatis non satis demonstrant motiva credibilitatis. — — — — — — — —

Sed contra: fides, qua creditur id, quod est à Deo testificatum est fides, cui non potest subesse falsum: ergo per ipsum quod sint evidenter credibilia per ordinem ad fidem divinam objective sunt evidenter credibilia per ordinem ad fidem, cui non possit subesse falsum; sed credibilitas per talem fidem connectitur cum veritate rei: ergo infert nario possibilitatem rei. — — — — — — — —

Resp. dist. ant. sunt evidenter credibilia formaliter, nego consequentiam, fundamentaliter, concedo cons. et dist. min. subsumptam, credibilitas formaliter sumpta connectitur cum veritate rei, concedo min. fundamentaliter, nego min. et conseq. Nam sicut intelligibile dicitur formaliter, et fundamentaliter, et primo modo est denominatio extrinseca proveniens à pot. potente intelligere, et secundo est proprietas objecti conveniens illi ab extrinseco: ita credibilitas sumitur dupliciter, nempe formaliter, et fundamentaliter, prima est denominatio extrinseca proveniens ab habitu fidei; secunda vero est denominatio extrinseca proveniens à testimonio, et signis, quæ concurrunt ut prudenter existimetur, obiectum à Deo testificatum, et ad fidem divinam per-

tinere

tinere: quemadmodum ergo quia veritas, aut possibilitas, et credibilitas ex diversis principijs desumuntur, qui videt credibilitatem non convincitur videre veritatem aut possibilitatem, sed motiva, quae apparentiam ejus inferunt; ita quia credibilitas formalis, et fundamentalis a diversis principijs desumuntur, qui videt credibilitatem fundamentalem, non convincitur videre formalem; sed motiva, quae suadent, ut prudenter existimetur, illa mysteria esse credibilia formaliter, id est, esse dicta a Deo, et secundum eam rationem deberi credi fide, cui non potest subesse falsum.

Et si dicas: Sui credibilitati fundamentali potest subesse falsum metaphysice loquendo; siquidem non convincit mysteria pertinere ad fidem; sed suadet id esse prudenter existimandum: quod relinquit locum dubitationi, nec omnino excludit formidinem modo, quo ait se habere, non obstante signorum attestatione: ergo est insufficiens ad fidem supernaturalem, ut potest existimari, et formidini omnino expertem. — — — — —

Respondeo concedendo totum, et nihil inde contra nos: siquidem praeter indicium credibilitatis diximus dubio praecedenti requiri piam affectionem voluntatis, quod fatetur Ang. Mag. in praesenti, q. 2. art. 9. ad 3. dicens, ille, qui credit habet sufficiens indicium ad credendum: inducitur enim auctoritate divinae doctrinae miraculis confirmatae, et quod plus est interiori instinctu Dei invitantis: igitur ultra signa attestantia res fidei, requiritur etiam regulativum piae affectionis, de quo supra; formidinem vero excludere, sicut et certitudinem circa res credendas spectat formaliter fidei, id circa non oportet haec omnia ad assensum fidei supponi, sed sufficit intellectum aliqualiter disponi, vel juvari per eviden-

dij credibilitatis. — — — — — — — — — — —
Dices credibilitas fundamentalis exigit veritatem rei: q.º infert evidentem possibilitatem rei non minus quam scibilitas. Prob. ans ilia credibilitas consistit in signis, et miraculis patratis in confirmatione doctrinae fidei; sed huiusmodi signa exigunt veritatem rerum, quae confirmant, siquidem tam certum è Deum mentiri non posse, ac quod falsum miraculis confirmare repugnet: ergo = Resp. quod motiva, quibus fides divina innititur sunt duplici differentia, quaedam vehementer suadent veritatem doctrinae, ut antiquitas, sanctitas Professorum, et similia; sed non convincunt evidenter intellectum, ut illis assentiatur, alia vero, si recte perpendantur, non solum determinant ad prudenter iudicandum debere credi; sed necessitant ad assensum, saltem quoad specificationem, ut miracula si constet esse vera miracula, et evidenter constet finis, quod scilicet in confirmatione talis doctrinae sint patrata — — — — — — — — —
Utcumque tamen conati simus defendere ex evidentia credibilitatis, praecise non inferri evidentiam possibilitatis credibilium, ut in credibilitate desumpta à motivis primi generis, imo et ex miraculis, de quorum fine evidenter metaphysice, aut physice non constat, quid vero sentiendum sit de miraculis, quorum veritas, et finis evidenter non cognoscantur paucis absolvimus, — — — — — — — — — — —
Praenotando in hac re duo esse authorum placita infra ius examinanda: primum Rº sententiam eorum, qui tenent evidentiam eius per medium extrinsecum, vel in attestante non posse compati cum fide divina, dicendum
è

est, q. regulariter habetur evidentia miraculorum, un de ut in pluximis cognoscantur, n. inferunt evidenter possibilitatem credibilium, nocirca plurimi videntes Domini et Apostolorum miracula infideles permanserunt, q. si bene perpendantur, et constet esse legitima, et fi- eri in confirmationem alicuius veritatis non reddunt il- lam credibilem sed scitam, eo, quod evidentia inattestante est compatibilis cum fide. Juxta opinionem vero sustinentium compatibilitatem fidei cum evidentia inattestante, prae- dicta credibilitas fundamentalis infert evidentiam possi- bilitatis rei credibilis, sub ratione communi rei testificatae, non vero sub propria ratione obiecti in se, q. sicut non tollit obscu- ritatem obiecti in particulari, ita nec rectum incompatibilitatem assensum fidei; sed de his in sequentibus credibilitatem ser- mo. — — — — — — — — — — — — —

Ad 2 prob. sequelae nego conseq. Cum enim arguendi ab opposito consequentis ad oppositum antece- dentis arguitur ab opposito contradictorio conseq. ad oppo- situm antecedentis, non vero cum arg. ab opposito contrario consequen- tis ad oppositum contrarium antecedentis quatenus in praedicatis arg. q. licet incredibile, et credibile ex terminis opponantur con- tradictorie, ceterum ratione illius additi evidenter destrui- tur contradictio: q. manet affirmatum, cum autem ad contra- dictionem requiratur, q. negetur in una, q. affirmatur in altera, ideo bene valet, q. e evidenter impossibile est e- videnter incredibile: ergo q. e inevidenter incredibile non e evidenter impossibile: q. arguitur ab opposito contradictorio consequentis ad oppositum contradictorium antecedentis. Sed non valet q. e evidenter impossibile e evidenter incredibile: ergo q. e evidenter credibile e evidenter possibile: q. arg. a con- trario consequentis ad contrarium antecedentis, ut si dicas q. e et eviden-

ter

der impole è evidenter improbabile: ergo quod est evidenter probabile è evidenter pole. Et ratio primi è: quia si contradictorium consequentis è verum, consequens debet esse falsum, ac proinde ant. siquidem in bona conseq. si consequens è falsum et ant. ergo contradictorium antis è verum: ergo benevalet à contradict. conseq. ad contradictorium antis. Ratio vero secundi è: quia si contrarium consequentis è verum, ipsum consequens è falsum, cum contraria non possint esse simul vera: ergo ant. è falsum, et ex quo ant. sit falsum non sequitur eius contrarium esse verum, siquidem contraria possunt esse simul falsa: ergo non valet à contrario consequentis ad contrarium antecedentis. Solum ergo convincit argum, quod evidenter credibilia sunt evidenter possibilia apparenter, id è evidenter apparentem possibilia: neque ad credibilitatem sufficit, sed requiritur, quod res credenda non appareat impossibilis: si enim appareat impole, è incredibilis.=

Sed dices: quidquid sequitur ad consequens bonae conseq. sequitur ad ant.; sed ad non esse incredibile sequitur esse credibile: ergo si non esse incredibile opponitur contradictorie, sequitur etiam esse credibile. Prob. min. nam ab affirmativa ad negativam variato praedicato penes finitum valet conseq. ergo valet ad esse credibile à non esse credibile

Resp. 1º neg. cons.: nam consequens sequitur infallibiliter ex ant. quoad veritatem, non autem quoad oppositionem cum altero, ut patet in contrarijs, in quibus saepe ant. fertur oppositum contradictorij, sed quidquid sit de hoc resp. 2º neg. min. si oppositione accipiantur cum addito illo evidenter. Ad prob. concesso, seu admisso ant., neg. cons. quia regula debet intelligi de variatione praedicati totali penes finitum, et infinitum; et cum in propositione negativa scilicet non evidenter incredibile non infinitetur praedicatum totaliter scilicet

incredibile

incredibile, et hy evidenter; q. se tenet ex parte illius in affirmativa v. utrumq; affirmativa fit inde n. servari regula, sicut n. servatur in simili divisione, homo n. e secundum se albus: ergo e secundum se albus. — — —

Secundo arg. Si mysteria nostra fidei essent evidenter credibilia, evidenter cognosceretur ratio credibilitatis eorum; sed ratio formalis constituens mysteria in esse credibilis e divina revelatio: ergo e evidenter cognita divina revelatio, q. e falsum, sicut ob eandem rationem n. stat evidenter cognosci intelligibilitatem alicuius obiecti n. cognita evidenter immaterialitate illius, eo quod ratio formalis constituens aliquid aliquod intelligibile e immaterialitas illius. — Confirmatur: implicat in adiecto dicere q. res credenda e evidenter credibilis: nam res dicitur a fide credibilis, sicut color dicitur a visione visibilis; sed implicat fidem denominare aliquod evidenter attingibile cum sit habitus obscurus, et inevidens: ergo. — — — — — — — —

Confirmatur 2.° n. stat evidenter cognoscere obiectum alicuius potentiae, vel habitus, ut obiectum e illorum illis evidenter n. cognitis; sed mysteria ut credibilia sunt obiectum fidei divinae, quae nequit evidenter cognosci: ergo neque illorum credibilitas: ergo. — Resp. dist. mai. si essent evidenter credibilia formaliter, concedo mai. si tantum fundamentaliter, neg. mai. et dist. min. in esse credibilium formaliter, concedo, fundamentaliter, nego min. et cons. ex quo patet manifesta disparitas inter credibilitatem, et intelligibilitatem: nam intelligibilitas fundamentalis constituitur tanquam per rationem formalem per immaterialitatem, formalis vero illam exigit, et praesupponit, quare n. stat intelligibilitatem cognosci evidenter, quin cognoscatur evidenter immaterialitas. Caeterum credibilitas fundamentalis

consideratur per revelationem divinam, nec illa ratione connectitur; ac per conseq. potest evidenter cognosci incognita evidenter revelatione. — — — — — — —

Ad 2 conf. dist. mai. evidenter credibilis formaliter, ~~a fide, comparative secundario~~ concedo, fundamentaliter, nego mai. Denominatur itaque credibilis formaliter à fide; et prout sic non est dubium, quin possit evidenter attingi. — — — — — — — —

Et si dicas: credibilitas fundamentalis est quæ antecedit denominationem credibilis sumptam à fide; sed res fidei ante huiusmodi denominationem non sunt evidenter credibiles, sed obscure; siquidem eo fides potest attingere illas, et denominare obscure credibiles, quia supponuntur credibiles fundamentaliter, et potendes denominare attingentia fidei: quo res fidei non sunt evidentes credibiles adhuc fundamentaliter. — — — — —

Resp. quod ante denominationem provenientem à fide denominantur res fidei credibiles credibilitate sumpta à divina revelatione, hæc autem dicitur à nobis formaliter comparative ad illam, quæ denominatur ex motivis, et signis inducentibus ad credendum; licet possit dici fundamentalis comparative ad denominationem provenientem ab habitu fidei; credibilitas autem, quam dicimus evidenter cognosci, non est hæc, sed illa quæ sumitur ex motivis ad credendum. — — — —

Secundo resp. explicando mai. illius confirmationis; implicat in adiecto dicere quod res est evidenter credibilis, id est quod res possit evidenter credi, concedo; quod res sit evidenter credibilis, id est quod est evidens, rem posse, et debere credi, nego mai. quia in 1.º sensu applicat evidentiam actui credendi, in 2.º applicat credibilitati sumptæ signate, et quomodo cui it

Rei

rei. = Ad 2. confirm. resp. dist. mai. si cognoscantur obtz ut tale formaliter, concedo mai. si ut tale fundamentaliter, subdist. q.do fundam.tum exigit p se, et per se connectitur cy rãõe formali obiectiva, concedo, quando fundam.tum solu apparenter, et certitudine solu morali illa infert, neg. mai. Misteria autz fidei solu cognoscuntur ut evidenter credibilia fundamentaliter, qua rãõe n̄ p se, s. probabiliter connectuntur cy divina revelatãõe, quæ ẽ ratio formalis obiectiva fidei: siquidz motiva n̄ probant esse res fidei evidenter à Deo revelatas; sed posse, et debere credi prudenter, illas ẽẽ revelatas. Unde misteria fidei esse evidenter credibilia n̄ ẽ cognosci evidenter, illa posse credi fide divina, s. cognosci evidenter, illa habere fundam.tum ut prudenter existimentur, esse credenda fide divina. — —

Dices q.o duo contradictoria possunt esse evidenter credibilia: siquidz possunt habere motiva præbentia fundamentu prudenti existimatãõni de testificatione Dei circa quodlibet illoru. Sicut contradictoria possunt esse evidenter probabilia, eo q. habent rãõnes, propter quas potest quis rationabiliter adhærere cuilibet illoru; consequ. autz falsu videtur, alias mysterijs fidei sufficienter propositis n̄ teneretur quis credere; sicut opinioni probabili sufficienter proposite n̄ tenetur quis assentiri, nec operari secundu. illa: q. — — — — — — — — —

Resp. q.d duo contradictoria possunt esse evidenter credibilia in sensu diviso, n̄ tamen in sensu composito, ita ut stante evidentia de credibilitate unius, simul stet iudiciu evidens de credibilitate alterius; de credibilitate, inquã, per ordinẽ ad fidẽ divinã obiective: nã per ordinẽ ad fidẽ humanã id minime repugnat, et rãõ ẽ: q.a tunc aliquid ẽ evidenter credibile p ordinẽ ad fidẽ divinã, q.do præbet

fundam.tum

fundam. ut prudentia iudicetur illud posse credi, ut dicitur de eo quod conveg. fide, cui non potest subesse falsum, et excludente omnem formidinem, ad hoc autem requiritur, quod res credenda ita appareat certa, seu vera, ut non appareat aliquid, ratione cuius possit rationabiliter formidari, sed potius eius oppositum sit verum si autem utrumque est simul credibile evidenter; hoc ipso oppositum habet motiva, propter quae possit rationabiliter dubitari, immo, et credi, illud esse verum; unde non est similis ratio de probabilitate: quia cognitio probabilis compatitur secum, immo exigit per se formidinem partis oppositae, fides autem talem formidinem excludit si sit divina: non ipsimet est materia apta, ut per illam credatur illa, circa quam rationabiliter, et practice manet formido, quidquid sit de deformitate speculativa, quae consistit in non convincimento physice invincibili: quia credibilitas nil aliud sit, quam aptitudo materiae, ut credatur, ibi non manet credibilitas evidenter cognita, ubi ratione aequalis credibilitatis circa oppositum potest manere practice formido. — — — — — — — — — — — —

Tertio arg. credibilitas mysteriorum fidei colligitur per discursum ex praemissis, quarum altera evidenter non constat, sed solum constat fide humana: quia non cognoscitur evidenter. Prob. ant. una ex praemissis, quae ad probandum credibilitatem est martyrium, miraculorum patratio sanctorum virorum convenientia, et similia; sed haec non constant nobis evidenter, sed per historias, et fidem humanam accipiuntur: ergo.

R. quod praedicta motiva etsi a nobis non cognoscantur nisi per humanam fidem ab alijs sunt evidenter cognita, et respectu illorum fuerunt mysteria fidei evidenter credibilia; sed respectu nostri non omnia illa motiva sunt cognita evidenter, aliqua tamen ipsa experientia sunt aperta, ut conversio Romani Imperij, propagatio, integritas sanctitas

tas doctrinæ, et puritas vitæ eorum, qui vitæ Xi. præcepta eius instituerunt, Idolorum expulsio, restitutio sanctitatis, et similia, quæ quotidie ad exaltationem sui nominis, et fidei confirmationem patrantur a Deo; hæc autem satis credibilitatem fidei demonstrant. — — — — — — — — — — —

Secundo resp. quodlicet miracula, passionis Martyrum etc. evidenter metaphisice non constent nobis, de illis habemus tamen evidentiam moralem, sicut de existentia Romæ propter historias sibi convenientes, traditionem ab omnibus approbatam, et communem omnium, nulla succesione refragante consensum. Et hæc evidentia moralis sufficit ad credibilitatem, quæ in nullo alio consistit, quam in identitate rerum fidei, ut absque hæsitatione credantur — — — — —

Secunda conclusio

Fidei Xrianæ doctrina ita est evidenter credibilis, ut in conspectu illius, nulla alia appareat evidenter credibilis. Prob. motiva, ex quibus aliqua doctrina redditur credibilis sunt illa, quæ supra numerauimus; sed huiusmodi in alijs doctrinis fidei contrarijs non inveniuntur, et inveniuntur in doctrina fidei: ergo hæc sola est evidenter credibilis. Mai. videtur certa: nam si quæ sunt alia erunt propria fidei vel communia omnibus doctrinis, ac proinde non sufficientia, ut in vi illorum aliquis prudenter unam præ alia credat. Min. constat: nam miracula, Martyria etc. non in Paganismo, et in Iudaismo, nec in Hæretica secta leguntur. — — — — — — — — — — —

Confirm. causæ credibilitatis supranumeratæ non solum probant res fidei propositas posse, sed debere credi alias post sufficientem fidei propositionem non teneremur credere, quod falsum est: ergo nulla doctrina fidei contraria potest prudenter credi. Patet cons.: nam potest quis prudenter

credere oppositum eius, quod credere tenetur; sed in vi credibilitatis rerum fidei tenemur credere, sive assentiri rebus fidei: ergo redditur prudenter incredibilis omnis alia doctrina contraria.

Ex quo infero 1.º discrimen inter probabilitatem, et credibilitatem fidei divina: nam evidenter cognosci probabilitatem est, quod habeat opinio causas, quae sufficienter demonstrent posse nos illi rationabiliter assentiri; non tamen demonstrantes nos teneri illi assentiri; motiva vero credibilitatis rerum fidei demonstrant evidenter debere nos illa credere: quia ea, quae tot signis, et portentis apparent testificata a Deo videntur, et in doctrinis contrariis, non apparent ad oppositum, et ideo prudentia dictat esse credenda.

Infero 2.º Evidentiam de credibilitate non solum practicam, sed speculativam esse: quia evidentia speculativa est, iudicium evidens de essentia, vel proprietate rei; Evidentia autem credibilitatis est iudicium de idoneitate rerum fidei, ut credantur: ergo evidentia speculativa est.

Infero 3.º evidentiam credibilitatis debere in omnibus credentibus praecedere assensum fidei; aliter tamen, et aliter propter diversitatem subiectorum credentium modo statim explicando. Prima pars patet ex dictis probatione tertia primae conclusionis: nam ad prudenter credendum requiritur, quod credens videat illud esse credibile. Si enim non videtur, sed probabiliter apparet credibile, inquiro; vel cognoscitur evidenter, quod ut aliquid possit prudenter credi sufficit, materiam esse apparentem, vel probabiliter credibilem, vel id non cognoscitur evidenter, sed probabiliter. Si primum: ergo habetur evidentia credibilitatis: quia est evidenter credibile et est evidens, quod possit prudenter credi. Si dicatur

quod

Qm. ergo creditur sine certitudine an prudenter credatur: siquidem non excludit formido, et exponitur credens periculo imprudenter credendi ex modo, quo assentitur. - - -

Sec.a pars constat percurrendo subiecta, quibus contingit credere: etenim non omnes eisdem fundamentis moventur ad assentiendum, nec eadem perspicacitate penetrant rationem, quibus fidei credibilitas suadetur: Theologi namque, et sapientes sciunt per conseq. deducere in particulari rationes, et signate tradere, immo et defendere motiva, quibus deducuntur ad credendum. Alij vero illiterati attingunt evidenter aliquod motivum credibilitatis, quod, quod sufficit, ut prudenter credant, et in exercitio connexionem illius cum mysterijs fidei sub communi ratione credibili penetrent, nesciunt id, quod in exercitio exprimitur signate, nec ea, quae de mysterijs percipiunt alijs proponere; sicut qui literarum ignarus evidenter cognoscit hoc obiective totum esse maius sua parte, et si ab eo quaeratur diffinitive quid sit totum? quid sit pars? Nescit respondere. Sic igitur plurimi credunt, quia vident ea, quae fide proponitur credenda esse ab Ecclesia universali, quae est conventus plurium, illustriumque virorum, doctrina, et sanctitate praecellentium, et cum hoc sufficiat, ut prudenter credant, fit inde ipsos videre credibilitatem. Alij praeterea credunt sine huiusmodi motivis, ut simplices, et rudes: quia Parentibus, et Parochis instruuntur, et in fide illorum credunt, quin aliud motivum credibilitatis perceperint, nec viderint, seu adverterint, ea, quae sibi proponuntur ab Ecclesia Universali credi. Hoc autem cum actibus fidei infusa omnino probare non possumus: quippe necessario ad iustificationem requiritur. Trident. sess. 6.

Can.

can. 3. requiritur fides infusa; conseq.ᵉ e, q isti credant ex speciali instinctu Dei, quo sufficienter illustrantur de fidei credibilitate, vel ex dono scientiæ, ut ait M. Joan. â S.to Thoma, quo dicernunt credenda â non credendis, et ipsoru credibilitatem attingunt, qua ratione plurimi usque ad illud instans infidelitatis tenebris obcæcati, subito interiori luce perfusi fidem percepserunt, ut constat in D. Paulo, et alijs, qui huiusmodi mutationem dexteræ excelsi leo [illegible] experti; quod si aliqui sint interiori instinctu, et sine sufficienti propositione rei fidei credunt non virtuose, et ex fide infusa, sed ex quadam fide acquisita omnino leviter credunt.- - - - - - -

Sextia Conclusio

Evidentia credibilitatis, signatæ, et per modum rei attestatæ non provenit ab habitu fidei, sed colligitur per humanum discursum, et aliquando provenit ex instinctu Spiritus Sancti. Prima pars huius concl.is com.ter asseritur â Theologis huius temporis; et prob. primo: q.a fides ex sua ratione formali, est habitus obscuritatis, et inevidens: ergo cum omnes actus illius cadant sub eadem ratione formali nullus e clarus, et evidens. Secundo prob. Credibilitas mysteriorum colligitur per discursum, ut iam diximus, sed fides non e discursiva: ergo ad illam non pertinent evidentia credibilitatis. Tertio prob. Evidentia credibilitatis nequit provenire ab habitu inadivo: ergo nec evidentia credibilitatis ab habitu fidei. Confirm. 4º Angelus dæmones, et plures homines ante susceptam fidem cognoscunt evidenter mysteria nostræ fidei esse evidenter credibilia, et tamen in nullo ex his subiectis e fides: q.o evidentia credibilitatis non pertinet ad habitum fidei.- - - - - - -

4º

4.° prob. conclo: Judicium de credibilitate, et assensus circa res fidei sunt circa diversa obiecta, et procedunt sub diversa ratione formali: siquidem obiectum esse credibile, et esse verum longe distant, et ratio formalis assensus fidei est divina revelatio, sub qua credibilitas non cadit: quo non possunt ab eodem habitu procedere. Per quod etiam constat non prudentia infusa non elici tale evidentiam: quia prudentia est pure practica, et judicium hoc speculativum. Tum: quia prudentia simul infunditur cum gratia, et ceteris virtutibus; at judicium hoc invenitur sine illa:

§. – – – – – – – – – – – – – – – – –

Et si opponas, D. Thomam in prae. 1. art. 4 ad 3. dicentem quod lumen fidei facit videre ea, quae creduntur, quod repetit q. 2. art. 3. ad. 2. = Resp. quod loquitur D. Thomas de visione large pro eo, quod est discernere credenda ab non credendis: non quia per fidem sit evidens, quod sit credendum, vel non credendum; sed quia ex propria ratione est inclinatio ad assentiendum his, quae sunt fidei, et non aliis, quae est evidentia exercita, et non signata. — — —

R. 2.° quod judicium primum de credibilitate antecedit fidem, et praeparat intellectum ad illius susceptionem; ac proinde non provenit a fide. Secundum subsequitur fidem, et deservit ad confirmationem illius; hoc autem provenit a fide regulative, sicut indicatur a D. Thoma infra. q. 70. a. 1. Actus justitiae, ut regularitis, et inclinantis ad illum: quia justus facilius judicat unicuique reddendum esse, quod suum est, et in prae 1. a. 1. ad 2. Judicium de convenientia in servanda mediocritate circa delectationes tribuit temperantiae, a qua non nisi regulative procedere potest quatenus temperatus melius judicat esse conveniens servare talem mediocritatem, elicitive autem pro-

venit

venit illud iudiciu evidens de credibilitate à dono scientiæ, cuius ē ut ait D. Thōas in 2a 2æ q. 9. art. 1. discernere credenda à n̄ credendis, et de hoc posteriori iudicio glosandus ē D. Thōas, dū dicit q lumen fidei videri ea, quæ sunt credenda. — — — — — — — — — — — —

Et si inquiras. Utrū à fide attingatur fides in exercitio? R. n̄ tam attingi quam supponi.

Sec. par. conclusionis prob. sufficiens fide elicit iudiciu de credibilitate medio hoc discursu. illud ē prudenter credibile, q. habet motiva, et causas suæ credibilitatis; huiusmodi sunt omnia quæ fides docet: q. Mai. ē certa lumine naturali, et min. constat experientia, vel ex evidentia morali, quæ fidē humanā n̄ transcendit: q. credibilitas eorū de rationū p discursū naturale colligitur evidenter. — — — — — — — — — —

Dices: huiusmodi evidentia disponit ad fidem supernatem, quæ ē initiū iustificationis: q. ē supernalis. Resp. disponit sumpta dispositione in rigore, sed large, et per modū conditionis, sine qua n̄, quæ n̄ inconvenit q. sit nalis, concedo. Sicut species deservientes ad assensū fidei nostro intellui, et dispositio syllogistica in assensu theologico: post iudiciū enī de credibilitate restat motio Dei, et iudiciū regulans piū affectionē, quæ ut constat ex D. Thōa q. 2. art. 9. ad 3. sunt principaliter inducentia ad credendū. — — —

Tertia pars conclusionis ex dictis ē manifesta nā in omnibus, ut vidimus, debet præcedere iudiciū de credibilitate; sed in aliquibus, ut n̄ potest elicitive à fide nec habetur per discursū nalē; ut in simplicibus et idyotis ante fidē susceptā vel etiā ante primū actū fidei in Baptismo suscepta: q. debet procedere ab interna illustratione Dei.

Art.

Articulus IV

Utrum ea, quae sunt fidei possint esse scita?

Circa conclusionem D. Thomae, quae negativa est, solent haec dirigi quaeri

Dubium I

Utrum in eodem subiecto possit compati fides et opinio[+] eiusdem obiecti?

+ scientia

Tripliciter potest comparari fides ad scientiam. 1.° ut ordinatio fiat inter actum sciae et fidei. 2.° inter habitum et habitum. 3.° conferendo habitum fidei cum actu sciae, l. e converso, et quia in quolibet ex his invenitur aliqua peculiaris ingenere difficultas, triplici dicte quaestionem absolvemus.

Prima Conclusio

